prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende ac alia beneficia et loca predicta invicem vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis, prioratibus[p], dignitatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis, beneficiis et locis ecclesiasticis facte fuerint, nec non litteras apostolicas super[q] hiis confectas cum concessionibus, mandatis ac processibus inde secutis in quorumcumque favorem et quibusvis etiam specialibus et expressis personis per[r] eum[s], etiam „Motu proprio“ et „Ex certa scientia“ ac „Ad futuram rei memoriam“ et cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis forsan concessas et factas ac super quibus ecclesie[t], monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende aliaque beneficia et loca sue et dicte sedis dispositioni generaliter reservata comprehenduntur seu comprehendi videntur aut[u] quarum vigore ecclesie, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende aliaque beneficia et loca ecclesiastica generaliter reservata huiusmodi unita[v], annexa et incorporata censentur aut acceptari, conferri, assignari[w], uniri, annecti, incorporari et commendari posset[x] seu de illis provideri eisdem vel aliis personis, quomodocumque valeret in futurum, que suum nondum sortite sunt effectum, motu et scientia similibus auctoritate apostolica quoad beneficia reservata huiusmodi dumtaxat revocavit, cassavit, irritavit et annullavit nec non easdem et quascumque alias gratias expectativas et reservationes ac uniones, annexiones et incorporationes seu mandata de uniendo vel conferendo aut commendando[y] ac super illis confectas litteras, in quibus certus[z] librarum seu florenorum valor ultra taxam per Cancellariam predictam iuxta constitutiones per eum[aa] super hoc editas solitam reperitur expressus, et que trium beneficiorum, etiam generaliter sue et[bb] sedis predicte dispositioni non reservatorum numerum excedunt, cum eorum processibus ad tres[cc] collationes, quas is, cui[dd] gratia huiusmodi etiam motu proprio aut in remunerationem laborum seu contemplatione[ee] principum concessa fuerit[ff], infra[gg] tres menses a die publicationis constitutionis huiusmodi seu concedi contigerit in futurum a die concessionis[hh] eligere teneatur et ad tria[ii] beneficia in una vel duabus[jj] provinciis restringit, reducit et reponit ac alias quoad reliquum numerum cassans et pro infectis habens voluit, statuit[kk] et ordinavit ac declaravit gratias expectativas, revalidationes, extensiones, collationum mutationes, reservationes, uniones, annexiones et incorporationes[ll] ac[mm] mandata concessa huiusmodi nec non alia similia per ipsum forsan in posterum concedenda ac desuper confectas et conficiendas litteras, etiamsi de presenti constitutione de verbo ad verbum[nn] mentio haberetur et illi derogaretur[oo] expresse, ad tres[pp] collationes et tria beneficia sue et dicte sedis dispositioni minime reservata modo[qq] premisso dumtaxat extendi, decernens irritum etc.[rr]

Placet motu proprio, publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[ss][1].

Lecta et publicata fuit suprascripta[tt] regula, Rome in Cancellaria apostolica[uu], die sabbati XIII mensis augusti MCCCCLXXIIII[vv], pontificatus domini nostri domini[ww] Sixti divina providentia pape quarti[xx] anno tertio[yy][2].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1474 August 13*.

---

[a] quartus *GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42613* IIII
[b] contingit *GW M42598* fiat
[c] propter *fehlt Firenze 64, GW M42596, GW M42613*
[d] importunitatem *Firenze 64* importunitate
[e] rationabilibus *GW 8206γ* rationalibus
[f] alias *GW 8206γ* talis
[g] consueverunt reservationes *GW M42598* consueveruut reservatioves
[h] inde *GW 8206γ, GW 8207-8208* tamen
[i] incorporationes *GW M42598* incorperationes
[j] monasteriis *fehlt GW M42598*
[k] prioratibus - principalibus *GW M42598* prioratl digl etiam maiorl vel l princalibus
[l] canonicatibus *GW M42598* canonical
[m] quorumvis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* quorumcumque
[n] apostolice *Firenze 64, GW M42613* predicte
[o] ex *fehlt GW M42598*
[p] prioratibus *GW 8206γ* prioratus
[q] super *GW M42598* sub
[r] per *fehlt GW M42602, GW M42608*
[s] eum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* nos
[t] ecclesie *GW 8206γ, GW 8207-8208* ecclesia
[u] aut *fehlt GW M42602, GW M42608*
[v] unita *GW M42598* unica
[w] assignari *GW M42596* assingnari
[x] posset *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* possis
[y] commendando *GW 8206γ* commendanda
[z] certus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* certos*; GW M42596, GW M42613* certas
[aa] eum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* nos
[bb] et *Firenze 64* etiam
[cc] tres *GW M42594, GW M42599* III
[dd] cui *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* cum
[ee] contemplatione *GW M42613* contemplationem
[ff] fuerit *GW 8206γ, GW 8207-8208* fuerint
[gg] infra *GW 8206γ* intra
[hh] cocncessionis *GW 8206γ* conceptionis
[ii] tria *GW M42598* III
[jj] duabus *GW M42598* II
[kk] statuit *GW M42598* statnit
[ll] incorporationes *GW M42598* incorperationes
[mm] ac *GW M42598* ad
[nn] verbum *GW M42598* verbnm
[oo] derogaretur *GW M42602, GW M42608* derogetur
[pp] tres *GW M42596, GW M42613* III

[qq] modo *GW 8206γ* non
[rr] etc. *fehlt GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42613*
[ss] F *fehlt Firenze 64*
[tt] suprascripta *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42611, GW M42613* supradicta
[uu] *GW M42598 folgt* in
[vv] MCCCCLXXIIII *Firenze 64* MIIII[c]LXIIII
[ww] domini *fehlt GW M42608*
[xx] pape quarti *GW M42594* papa IIII*;* quarti *GW 8206γ, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608* IIII
[yy] tertio *GW 8206γ, GW M42598* III

## 124.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[a] volens opportune prospicere, ne[b] concessionum gratie, que ab eius sanctitate emanant, etiamsi motu proprio concesse fuerint, diu maneant in suspenso, sed producte ad actum iuxta apostolicas constitutiones et Cancellarie regulas[c] moderentur[d], suorum predecessorum inherendo vestigiis statuit et ordinavit omnes et singulas concessionum gratias iustitiam, dispensationem seu quamcumque[e] aliam gratiam concernentes per suam beatitudinem hactenus factas, dummodo expeditionem exigant litterarum, nisi a publicatione presentium[f] infra quattuor[g] menses pro citramontanis et octo[h] pro ultramontanis quoad alias vero in posterum faciendas, nisi infra[i] totidem mensium spatia ab earum data, ut prefertur, computanda[j] super eis littere apostolice confecte et in omnibus officiis totaliter expedite fuerint, nullius existere roboris vel momenti.

Placet, publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[k1].

Lecta et publicata fuit supradicta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis XVIII mensis[l] augusti[m] MCCCCLXXIIII, pontificatus domini nostri domini Sixti[n] divina providentia[o] pape quarti[p] anno tertio[q2].

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1474 August 18*.

[a] quartus *GW 8206γ, GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608* IIII
[b] opportune - ne *GW 8208* oportun ne proscpiceree
[c] regulas *GW M42602, GW M42608* regulis*; GW M42598* regule
[d] moderentur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* moderetur
[e] quamcumque *GW M42598* qnamcumque
[f] presentium *GW M42598* presentis
[g] quattuor *GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* IIII
[h] octo *GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* VIII
[i] infra *GW 8206γ* intra
[j] computanda *GW 8206γ* computando*; GW M42598* compuranda

[k] F *fehlt Firenze 64*
[l] mensis *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[m] *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42602, GW M42608, GW M42611 folgt* anno domini
[n] Sixti *GW 8208* Sixtus
[o] divina providentia *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[p] quarti *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42596, GW M42611, GW M42613* IIII
[q] MCCCCLXXIIII - tertio *fehlt GW M42594, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608;* tertio *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42613* III

**125.**

Sanctissimus in Christo pater et[a] dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[b] certis rationabilibus suadentibus causis voluit, statuit et ordinavit, quod in expectativis gratiis illarumque extensionibus, revalidationibus et collationum mutationibus per ipsum concessis et de cetero concedendis ac desuper confectis et conficiendis litteris verba proprii motus, quoad beneficia in antea vacatura[c], nulli[d], cuiuscumque dignitatis, status, gradus[e] et[f] conditionis fuerit[g], quomodolibet suffragentur[h], nisi solum et dumtaxat ad tollendum et excludendum surreptionem litterarum earundem.

Placet[i], publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[j1].

Lecta et publicata fuit supradicta regula[k], Rome in Cancellaria apostolica, die martis XXIII mensis augusti millesimo[l] CCCCLXXIIII, pontificatus domini nostri domini[m] Sixti divina providentia pape IIII[n] anno tertio[2].

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1474 August 23.*

[a] et *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598*
[b] quartus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* IIII
[c] vacatura *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602* vacaturis*;* vacatura *GW M42594, GW M42608, GW M42611* vacatur
[d] nulli *GW 8206γ* nullis
[e] gradus *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208*
[f] et *fehlt GW M42613;* Firenze 64 vel
[g] fuerit *GW M42594* verit
[h] suffragentur *GW M42602, GW M42608* suffragetur
[i] *GW M42598 folgt* et
[j] F *fehlt Firenze 64*
[k] supradicta regula *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[l] millesimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42594, GW M42596, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611, GW M42613* M
[m] domini *fehlt GW M42594, GW M42596, GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42613*
[n] IIII *GW M42594, GW M42599, GW M42602* quarti

**126.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus tempus expediendi totaliter in omnibus officiis litteras apostolicas super concessionum gratiis per sanctitatem suam factis, dummodo expeditionem exigant litterarum, pro citramontanis infra quattuor menses et pro ultramontanis infra octo a tempore publicationis constitutionis per sanctitatem suam desuper facte pro factis, pro faciendis vero a data earum gratiarum computandum infra totidem mensium spatia usque ad alios sex menses tam pro citramontanis quam ultramontanis huiusmodi a fine termini dicte prius publicationis constitutionis computandos gratiose prorogavit.

Placet et describatur in libro.

**127.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[a] providere[b] volens, ne contingat quempiam verba forsan ambigua constitutionum et regularum per sanctitatem suam[c] editarum[d] aliter quam fuit de mente et intentione[e] sue sanctitatis, dum illas edidit, interpretari et iuxta huiusmodi interpretationem[f] causas presertim beneficiales terminare, sanctitatis sue constitutionem[g] sive Cancellarie apostolice[h] regulam, que incipit „Item revocavit quascumque expectativas, que in aliqua sui parte sunt sortite effectum“[1] etc., declarando concessiones, litteras et indulta quecumque, per que felicis recordationis Paulus papa secundus[i] et alii[j] predecessores sui quibusvis collatoribus, collatricibus aut alias ecclesiasticorum beneficiorum quamvis dispositionem[k] habentibus et quavis patriarchali, archiepiscopali, episcopali vel alia dignitate etiam cum cardinalatus honore fungentibus sub quacumque verborum forma communiter vel divisim etiam occasione[l] impensorum[m] servitiorum seu alia consideratione etiam motu proprio et ex certa[n] scientia concesserant, ut, quoad viverent vel preessent ecclesiis vel monasteriis tunc expressis, seu alias ad certum vel incertum[o] tempus de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim pertinentibus, que in certis tunc expressis mensibus vacare contingeret, disponere libere et licite valerent[p], in omnibus et per omnia perinde, ac si alique gratie expectative, nominationes seu nominandi facultates et conferendi mandata ab[q] eisdem predecessoribus a[r] sede apostolica vel eius legatis non emanassent, fuisse ex tunc per eandem constitutionem penitus revocatas et prelatos ac personas, quibus concesse fuerant, ex tunc illis uti non potuisse sicque intentionis et mentis sue sanctitatis fuis-

[1] *Vgl. oben Nr. 11.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

se et esse declaravit et in quibuscumque causis motis non decisis per sententiam, que in rem transiverit, iudicatam, sed pendentibus coram quocumque auditore et iudice etiam[s] sancte Romane ecclesie cardinali in prima aut alia quavis instantia etiam appellationis prime et ulterioris[t] ac movendis sententiari et interpretari debere, sublata eis quavis aliter interpretandi et iudicandi facultate et auctoritate, nec non irritum et inane, si secus super hiis contigerit attemptari, decrevit.

Placet motu proprio et ita mandamus ac declaramus[u], publicetur et ita describatur[v] in Cancellaria, F‹ranciscus›[w2].

Lecta et publicata fuit supradicta[x] regula sive constitutio, Rome in Cancellaria apostolica, die martis secunda[y] mensis maii[z] millesimo[aa] CCCCLXXV, pontificatus domini nostri[bb] domini Sixti divina providentia[cc] pape[dd] quarti[ee] anno quarto[ff3], G‹regorius› de Puteo[4], et in Audientia contradictarum, die veneris quinta[gg] maii anno et pontificatus supradicti mensis[hh5], Io‹hannes› Amerinus[6] lector[ii].

---

[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[3] *1475 Mai 2*.
[4] *Gregorius de Puteo*.
[5] *1475 Mai 5*.
[6] *Johannes Amerinus.*

---

[a] quartus *GW 8206γ, GW M42598, GW M42608* IIII
[b] providere *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[c] suam *fehlt GW M42608*
[d] editarum *GW 8206γ* edietarum
[e] intentione *GW 8206γ* intensione
[f] interpretationem *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* interpretationum*; GW M42598* inter pre
[g] constitutionem *GW M42599, GW M42602, GW M42608* constitutionum
[h] Cancellarie apostolice *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[i] secundus *GW 8206γ, GW M42598, GW M42608* II
[j] alii *GW 8206γ* aliqui
[k] dispositionem *GW M42602, GW M42608* dispositionum
[l] occasione *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* actione
[m] impensorum *GW 8206γ* impensarum
[n] certa *GW M42608* certe
[o] vel incertum *fehlt Firenze 64*
[p] valerent *GW 8206γ, GW 8207-8208* valeret
[q] ab *GW 8206γ* de
[r] a *Firenze 64* et
[s] etiam *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* et
[t] ulterioris *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* uberioris
[u] declaramus *fehlt GW M42598*
[v] describatur *GW 8206γ, GW 8207, GW M42598-M42599, GW M42611* scribatur
[w] F *fehlt Firenze 64*
[x] supradicta *GW M42599, GW M42602, GW M42608* suprascripta

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[y] secunda *GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* II
[z] secunda - maii *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208;* mensis maii *fehlt GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[aa] millesimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* M
[bb] domini nostri *fehlt GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608; GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* sanctissimi
[cc] divina providentia *fehlt GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608*
[dd] divina - pape *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[ee] quarti *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* IIII*; GW 8206γ, GW 8207-8208 folgt* etc.
[ff] quarto *GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42598* IIII*; GW 8206γ, GW 8207-8208* IIII etc.
[gg] quinta *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* V
[hh] anno et - mensis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* anno pontificatu et mense supradictis*; GW M42598* anno supradicto
[ii] *GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611 folgt* etc.

## 128.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia[a] papa quartus[b], qui dudum[c] in primordio sue assumptionis inter alia voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius cardinalis teneretur[d] exprimere nomen et titulum ipsius cardinalis et, si ille in curia foret, eius[e] ad[f] id accederet[g] assensus, alias gratia desuper facta esset nulla. Et idem servari voluit, etiamsi dicti familiares ipsorum cardinalium familiares esse[h] desierint[i] seu ad aliorum cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad[j] beneficia, que durante familiaritate priori obtinuerant et in quibus ipsa priori[k] familiaritate durante ius eis competeret, ita quod quoad illa[l] cardinales, quorum prius familiares fuerant, haberent[m] adhibere consensum eorum[n] provida consideratione attendens plerumque contingere prefatum dominum nostrum[o] cardinalium eorundem consideratione sive alias de dignitatibus, canonicatibus, prebendis et aliis ecclesiasticis beneficiis etiam dispositioni apostolice reservatis, que ad ipsorum cardinalium collationem[p] etc. non pertinent[q] et in quibus seu eorum[r] collationibus ipsorum non debet intervenire assensus[s], familiaribus cardinalium predictorum providere[t] seu provideri mandare et a[u] nonnullis revocetur indubium, an postea eorundem beneficiorum occurrente[v] vacatione per cessus[w] vel decessus familiarium predictorum seu quibusvis modis aliis in collatione beneficiorum eorundem per prefatum dominum nostrum[x] facienda ipsorum cardinalium debeat requiri assensus. Ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium ex certa scientia declaravit in huiusmodi beneficiorum collatione et provisione per eundem dominum nostrum[y] facienda, ut prefertur, ipsorum[z] cardinalium consensum nequaquam requiri vel intervenire oportere ac etiam statuit et ordinavit talia beneficia ad suam et sedis apostolice collationem, provisionem et dispositionem omnimodam pertinere, decernens quascumque collationes et provisiones per eum

de talibus beneficiis absque eorundem cardinalium nominum et titulorum expressione sive[aa] consensu[bb] quibusvis aliis personis iam forsan factas et de[cc] cetero[dd] faciendas perpetue firmitatis existere irritumque et inane, si secus etc. contigerit attemptari.

Placet[ee], scribatur et publicetur, F‹ranciscus›[ff1].

Lecta et publicata fuit supradicta regula sive constitutio, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati secunda[gg] mensis septembris MCCCCLXXV, pontificatus domini nostri domini[hh] Sixti divina providentia pape quarti[ii] anno quinto[jj2], G‹regorius› de Puteo[3].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1475 September 2*.
[3] *Gregorius de Puteo*.

---

[a] in - providentia *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* etc.
[b] quartus *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* IIII
[c] dudum *GW 8206γ(a)* dupium
[d] teneretur *GW 8206γ(a+b), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* tenetur
[e] eius *GW 8206γ(b)* eis
[f] ad *fehlt GW 8206γ(b); GW M42598* ac
[g] accederet *GW M42598* accedere
[h] esse *fehlt GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)*
[i] desierint *GW 8206γ(b), GW 8207(b), GW 8208(b), GW M42611B* desierant*; GW M42598* pesierint
[j] quoad *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42611(a)* que ad
[k] familiaritate - priori *fehlt GW 8206γ(a)*
[l] quoad illa *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* duo
[m] familiares - haberent *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* familiaris fuerat haberet
[n] eorum *fehlt GW 8206γ(a+b), GW 8207(a+b), GW 8208(a+b), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a+b); Firenze 64 interlinear nachgetragen*
[o] *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a) folgt* papam
[p] *Firenze 64* reservationem
[q] pertinent *GW 8206γ(b), GW 8207(b), GW 8208(b), GW M42611(b)* pertineret
[r] eorum *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* earum
[s] assensus *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* consensus
[t] providere *GW M42598* pronidere
[u] a *fehlt GW M42608*
[v] occurente *GW 8206γ(a)* decurrente
[w] per cessus *GW 8206γ(a)* processus
[x] *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a) folgt* papam
[y] *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a) folgt* papam
[z] *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a) folgt* dominorum
[aa] sive *GW 8206γ(b), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)* sine

[bb] consensu *GW M42598* obsensu
[cc] de *fehlt GW M42602*
[dd] cetero *GW 8206γ(a)* creto
[ee] *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a) folgt* et
[ff] F *fehlt Firenze 64, GW M42598*
[gg] secunda *GW 8206γ(a), GW 8207(a+b), GW 8208(a+b), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a), GW M42611(b)* II; *GW 8206γ(b)* undecime
[hh] domini *fehlt GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a)*
[ii] divina - quarti *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW M42611(a)* etc.; *GW 8207(b), GW 8208(b), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(b)* IIII
[jj] quinto *GW 8206γ(a), GW 8207(a), GW 8208(a), GW 8208(b), GW M42611(a)* V

**129.**

Sanctissimus in Christo pater et[a] dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[b] tempus expediendi totaliter in omnibus officiis litteras apostolicas super concessionum[c] gratiis per sanctitatem suam factis, dummodo expeditionem exigant litterarum, pro citramontanis infra[d] quattuor[e] menses et[f] pro ultramontanis infra[g] octo[h] menses[i] a tempore publicationis constitutionis per sanctitatem suam desuper facte pro factis, pro faciendis vero a data[j] earundem gratiarum computandum infra[k] totidem mensium spatia[l] usque ad alios sex menses tam pro citramontanis quam ultramontanis huiusmodi a fine termini dicte[m] prius publicationis[n] constitutionis[o] computandos[p] gratiose prorogavit.

Placet et describatur in libro, F‹ranciscus›[q1].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] et *fehlt GW 8207(a+b), GW 8208(a+b), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a+b)*
[b] quartus *GW 8206γ(a), GW 8207(a+b), GW 8208(a+b), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a+b)* IIII
[c] concessionum *GW 8206γ(a)* concessionem
[d] infra *GW 8206γ(a+b)* intra
[e] quattuor *GW 8206γ(a), GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608* IIII
[f] et *fehlt GW M42598*
[g] infra *GW 8206γ(a+b)* intra
[h] octo *GW M42599, GW M42602, GW M42608* VIII
[i] menses *fehlt Firenze 64*
[j] data *GW 8206γ(a+b), GW 8208(a), GW M42598, GW M42602* datis
[k] infra *GW 8206γ(a+b)* intra
[l] spatia *GW 8206γ(b)* spatio
[m] dicte *GW 8208(a)* dicti
[n] publicationis *GW M42599* pullicationis
[o] constitutionis *GW 8207(a)* eonstitutionis
[p] computandos *GW 8206γ(a+b), GW 8207(a+b), GW 8208(a+b) GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611(a+b)* computandum
[q] F *fehlt Firenze 64*

**130.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus provide attendens, quod sepius ea, que a Romano pontifice et sede apostolica ex iustis et rationabilibus causis emanant, per petentium importunitates trahuntur in abusum, quamvis enim pensiones annue, que nonnumquam per Romanos pontifices[a] pro pacificatione ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monasteriorum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum ac canonicatuum et prebendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium et pro sustentatione ecclesiarum et monasteriorum regiminibus eorumque et nonnullorum[b] beneficiorum[c] commendis sibi factis cedentium aliaque beneficia in dies resignantium ad illorum vitam super ecclesiarum, monasteriorum ac aliorum beneficiorum eorundem fructibus reservari, constitui et assignari solent, per cedentium obitum[d] extinguantur ac ecclesiis et monasteriis presidentes illaque et alia beneficia huiusmodi obtinentes a pensionum[e] earundem solutionibus eo ipso immunes existant. Nonnulli tamen ambitiosi nescientes abstinere a vetitis[f] ad importunam eorum et principum instantiam, etiam sub motus proprii et certe scientie colore nonnullas ex eisdem pensionibus sic extinctis[g] et suppressis in totum vel aliqua earum parte per sue sanctitatis litteras suscitare et sibi[h] illas ad eorum vitam etiam de novo reservare[i] illasque in eorum personas etiam cum derogatione expressa cuiusdam eiusdem[j] sanctissimi domini nostri constitutionis, qua[k] cavetur expresse, quod littere super huiusmodi pensionibus nullatenus expediantur, nisi illius, qui pensionem huiusmodi solvere tunc haberet, expressus accederet assensus, transferre procurarunt et in dies procurant in maximum ecclesiarum, monasteriorum et aliorum beneficiorum nec non monasteriis et ecclesiis presidentium illaque et alia beneficia huiusmodi obtinentium preiudicium et iacturam. Cupiens in premissis[l] opportune providere et ab ecclesiis, monasteriis et beneficiis huiusmodi illorumque personis omnem auferre gravedinem hac irrefragabili constitutione ex[m] certa eiusdem sanctitatis scientia omnes et singulas pensiones, etiam motu proprio et ex certa illius simili scientia post earum extinctionem[n], expirationem et suppressionem, etiam[o] cum derogatione prioris constitutionis antedicte vel alias quomodolibet hactenus suscitatas et renovatas ac in posterum suscitandas et renovandas[p] quibuscumque personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis et conditionis existant[q], reservatas hactenus et in posterum reservandas ac[r] litteras apostolicas singulosque processus exinde habitos et habendos ac inde secuta quecumque[s] et secutura preter sue sanctitatis intentionem emanasse et in posterum emanare ac irrita et inania[t] nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse illorumque omnium et singulorum tenores, series et effectus pro sufficienter expressis habens, pro nullis, cassis[u], irritis et infectis haberi debere, ecclesias quoque monasteria et alia be-

neficia huiusmodi obtinentes ad earundem sic suscitatarum et renovatarum[v] pensionum etiam in toto[w] vel in qualibet earum parte solutionem minime obligari vel teneri aut etiam ad id litterarum et processuum huiusmodi pretextu a quoquam compelli posse nec etiam illos sententiis, censuris et penis in litteris et processibus huiusmodi[x] contentis et infectis[y] vel illarum aliqua[z] propterea ligari ac, quidquid hactenus contra presentis constitutionis tenorem, etiam motu et scientia predictis attemptatum forsan est hactenus aut in posterum contigerit attemptari, etiam cum totali expressione huiusmodi constitutionis irritum et inane motu et scientia similibus ac[aa] auctoritate apostolica decrevit atque declaravit.

Placet motu proprio et ita mandamus, publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[bb1].

Lecta et publicata fuit suprascripta[cc] regula in Cancellaria apostolica, die sabbati sexta decima[dd] mensis decembris millesimo[ee] CCCCLXXV, pontificatus sanctissimi domini nostri domini[ff] Sixti divina providentia pape quarti[gg] anno quinto[2], G‹regorius› de Puteo[3].

---

[1] *Francisscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1475 Dezember 16*.
[3] *Gregorius de Puteo*.

---

[a] Romanos pontifices *GW 8206γ* Romanum pontificem
[b] nonnullorum *GW 8206γ* nonnullarum
[c] beneficiorum *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[d] obitum *Firenze 64* obitus
[e] pensionum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* pensionibus
[f] vetitis *GW 8208* veritatis
[g] sic extinctis *GW 8206γ* sit extrinctis
[h] sibi *GW 8206γ* ibi
[i] reservare *GW 8206γ* reservatione
[j] eiusdem *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[k] qua *GW 8206γ* quia
[l] premissis *GW 8208* premisis
[m] ex *GW 8206γ* et
[n] *GW 8208 folgt* et
[o] etiam *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[p] renovandas *GW 8206γ* revocandas
[q] existant *GW 8206γ* existat
[r] ac *GW 8206γ* in
[s] quecumque *GW 8206γ* quocumque
[t] inania *GW 8206γ* inanis
[u] cassis *GW 8207-8208* causis
[v] renovatarum *GW 8206γ* removatarum
[w] etiam in toto *Firenze 64* in totum etiam
[x] pretextu - huiusmodi *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[y] infectis *GW 8206γ* in certis*; GW 8207-8208, GW M42611* insertis
[z] aliqua *GW 8206γ* alique
[aa] ac *fehlt GW 8206γ*
[bb] F *fehlt Firenze 64*
[cc] suprascripta *GW 8206γ* supradacta*; GW 8207-8208, GW M42611* supradicta
[dd] sexta decima *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* XVI

[ee] millesimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* M
[ff] domini *fehlt GW 8207-8208, GW M42611*
[gg] quarti *GW 8206γ* IIII

## 131.

Motu proprio clausulam per hoc autem non intendimus modum vivendi[a] earundem[b] priorisse et sororum in aliquo approbare in litteris apostolicis unionis perpetue de prioratu Insule de Ars ordinis sancti Benedicti Venetiensis diocesis[1] ad supplicationem dilectarum in Christo filiarum Francisce de Amboise et conventus domus trium Mariarum prope Domumbonum[c2] sub regula fratrum beatissime Dei genitricis Marie de Monte Carmelio degentium[d] eiusdem diocesis earum[e] domui sub certis modo et forma facte appositam de ipsis litteris ac registro[f] bullarum et alibi, ubi expediens fuerit[g], cassari[h] ipsasque litteras in ea parte per illos, ad quos[i] spectat, visis presentibus corrigi volumus et mandamus, stilo Cancellarie apostolice ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque etc.

Placet et ita mandamus, F‹ranciscus›[j3]. Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos.

[1] *= San Giorgio Maggiore.*
[2] *= Chiesa di S. Maria delle Grazie, vgl. Flaminio* CORNER*, Notizie storiche delle chiese e monasteri di Venezia e di Torcello, Padova 1758 S. 544-550.*
[3] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] vivendi *Firenze 64* uniendi*; GW 8208* videndi
[b] earundem *GW 8206γ* eerundem
[c] Domumbonum *GW 8206γ* domum bonam
[d] degentium *GW 8206γ* detegentium
[e] earum *GW 8206γ* eadem
[f] registro *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* registris
[g] fuerit *GW M42611* fuerint
[h] *GW 8206γ, GW 8207-8208 folgt* et
[i] quos *GW 8206γ* quod
[j] F *fehlt Firenze 64*

## 132.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus[a] Sixtus divina providentia papa quartus[b], qui in primordiis sui pontificatus inter cetera voluit et ordinavit, quod littere apostolice reservationis vel assignationis, etiam motu proprio cuiusvis pensionis annue super alicuius beneficii fructibus expediri non possent, nisi de consensu illius, qui dictam pensionem solvere tunc haberet, cupiens ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum indemnitatibus[c] providere et illorum ambitiosam cupiditatem reprimere, qui extinctas pensiones annuas super fructibus ecclesiasticis alias assignatas suscitare mo-

liuntur[d], die sexta decima[e] mensis decembris pontificatus sui anno quinto[f1], declarat[g] sue intentionis nullatenus esse pensiones similes, ut prefertur, extinctas post earum extinctionem sive expirationem in posterum[h] suscitare et renovare velle et, si per preoccupationem vel alias per sanctitatem suam suscitari, innovari, constitui et assignari aut secus deinceps fieri contingeret[i], illas ex nunc[j] prout ex tunc cassas et irritas ac litteras apostolicas, etiam motu proprio et ex certa scientia desuper conficiendas et quascumque alias efficacissimas clausulas in se continentes nec non processus pro tempore habitos[k] per easdem et, que inde sequuntur, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti fore[l] decrevit, ad ipsarum quoque[m] pensionum solutionem pretextu suscitationum, innovationum, constitutionum, assignationum litterarum ac processuum predictorum quempiam non ulterius teneri vel compelli aut sententiis, censuris et penis in litteris et processibus antedictis contentis ligari minime posse scientia simili declarat ac pariter irritum et inane decrevit, quidquid[n] contra presentis declarationis tenorem contigerit in posterum attemptari.

Placet et ita mandamus, scribatur et publicetur, F‹ranciscus›[o2].

Lecta et publicata fuit supradicta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis tricesima[p] mensis maii millesimo[q] CCCCLXXVI, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti[r] anno quinto[3], G‹regorius› de Puteo[4].

---

[1] *1475 Dezember 16.*
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[3] *1476 Mai 30.*
[4] *Gregorius de Puteo.*

---

[a] dominus *fehlt GW 8206γ*
[b] quartus *GW 8206γ, GW 8208* IIII
[c] indempnitatibus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* immunitatibus
[d] moliuntur *Firenze 64* moliantur
[e] sexta decima *Firenze 64* decima sexta*; GW 8206γ, GW 8208* XVI
[f] quinto *GW 8206γ* V
[g] declarat *GW 8208* declaratur
[h] ut - posterum *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[i] contingeret *GW 8206γ* contingere
[j] nunc *GW 8206γ* tunc
[k] habitos *GW 8208* habitas
[l] fore *GW 8206γ* forte
[m] quoque *GW 8206γ* quorum
[n] quidquid *GW 8206γ* quis
[o] F *fehlt Firenze 64*
[p] tricesima *GW 8206γ* XXX
[q] millesimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* M
[r] quarti *GW 8206γ* IIII

**133.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster[a] dominus[b] Sixtus divina providentia papa quartus[c] ex certis rationabilibus animum suum moventibus[d] causis declaravit, voluit, statuit et ordinavit omnia et singula ecclesias[e], monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebendas ceteraque cum cura vel sine cura beneficia ecclesiastica secularia et ordinum quorumcumque regularia[f], que[g], postquam ipse dominus noster ab alma Urbe propter aeris intemperiem recessit, per obitum quorumcumque Romanam curiam pro suis expediendis negotiis seu alias sequentium, qui in eadem Urbe seu alio quocumque loco ultra sex dietas[h] legales a[i] loco, ubi prefatus dominus[j] noster resederit seu ipsum residere contigerit, non distante[k] decesserunt seu decedent[l], vacaverunt et vacabunt apud sedem apostolicam vacavisse[m] et vacare ac ut apud illam[n] vacantia sue et dispositioni apostolice generaliter reservata censeri[o] debuisse et debere, decernens[p] irritum et inane, si secus etc.[q] contigerit attemptari.

Placet, F‹ranciscus›[r1].

Lecta et publicata fuit supradicta[s] regula in Cancellaria apostolica, apud Sanctum Franciscum in oppido Sancti Gemini[2] Narniensis diocesis, die martis XXIII[t] mensis[u] iulii MCCCCLXXVI[v], pontificatus sanctissimi domini nostri domini[w] Sixti divina providentia pape quarti[x] anno quinto[y3], G‹regorius› de Puteo[z4].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *San Gemini (nördlich von Terni), Umbrien, Italien*.
[3] *1476 Juli 23*.
[4] *Gregorius de Puteo*.

---

[a] noster *fehlt GW 8207, GW M42611*
[b] noster dominus *fehlt GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608*
[c] quartus *GW 8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608* IIII
[d] moventibus *GW M42598* movenribus
[e] ecclesias *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[f] regularia *GW M42602, GW M42608* regularium
[g] que *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611*
[h] dietas *GW 8207* dictas
[i] a *GW 8206γ* ac
[j] dominus *GW M42598* domins
[k] distante *GW M42598* distat*; GW M42599* distantis*; GW M42602, GW M42608* distanter
[l] *Firenze 64 folgt* ut
[m] vacavisse *GW M42608* vacasse
[n] illam *GW 8208* illa
[o] *GW 8206γ folgt* et
[p] decernens *GW 8206γ* decerni
[q] etc. *fehlt GW M42598*
[r] F *fehlt Firenze 64*
[s] supradicta *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608, GW M42611* suprascripta
[t] XXIII *GW 8206γ* XXIIII*; GW M42598* vicesima tertia
[u] mensis *fehlt GW M42608*

[v] MCCCCLXXVI *GW M42598* MCCCC septuagesimo sexto
[w] domini *fehlt GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608*
[x] quarti *GW 8206γ, GW M42598-M42599, GW M42602, GW M42608* IIII
[y] quinto *GW 8206γ, GW M42598* V
[z] *GW M42598 folgt* Finis

**134.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[a] constitutionem sive regulam per sanctitatem suam die decima nona[b] mensis decembris pontificatus sui anno primo[1] editam, per quam prelatis et aliis personis ecclesiasticis, ad quos[c] dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis[d] alia dispositio pertinet, de dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis, canonicatibus et prebendis nec non aliis[e] beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que infra[f] quinquennium a data[g] diei kalendis ianuarii pontificatus eiusdem anno predicto[2] computandum in martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare[h] contigeret, dummodo dispositioni apostolice generaliter[i] reservata non forent, perinde, ac si[j] alique[k] a sede apostolica vel eius[l] legatis expectative gratie aut super illis reservationes non emanassent, libere disponendi facultatem concessit, decernens irritum etc., ad aliud quinquennium a fine primi quinquennii computandum cum irritantis appositione[m] decreti prorogavit.

Placet, F‹ranciscus›[3]. Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos[n].

[1] *1471 Dezember 19; = Nr. 100.*
[2] *1472 Januar 1.*
[3] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] quartus *GW 8206γ, GW 8208* IIII
[b] decima nona *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* XIX
[c] quos *GW 8208* quod
[d] quevis *GW 8206γ* quovis
[e] aliis *GW 8206γ* alia
[f] infra *GW 8206γ* intra
[g] data *GW 8206γ, GW 8207-8208* datis
[h] vacare *fehlt GW 8206γ*
[i] generaliter *GW 8208* generrliter
[j] ac si *fehlt GW 8206γ*
[k] alique *GW 8206γ* alii qui*; GW 8207-8208* alii que
[l] eius *GW 8206γ* cuius
[m] appositione *GW 8206γ* appositionem
[n] F - custos *fehlt Firenze 64*

**135.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[a] quascumque expectativas gratias ac alias quam, super quibus per Cancellariam apostolicam littere[b] in forma solita expediri consueverant, reservationes et reservandi facultates ac inde secutas gratiarum revalidationes seu extensiones nec non uniones, annexiones et incorporationes seu de conferendo, uniendo aut commendando mandata de quibusvis patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus et aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus[c], dignitatibus, etiam maioribus vel principalibus, personatibus[d], administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ceterisque beneficiis et locis ecclesiasticis secularibus et quorumvis ordinum regularibus sue et sedis apostolice dispositioni ex quacumque causa generaliter reservata, qualiacumque forent, etiamsi uniones, annexiones et incorporationes vel mandata huiusmodi seu ecclesie, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende et alia beneficia et loca predicta invicem[e] vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis, prioratibus[f], dignitatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, prebendis, beneficiis et locis ecclesiasticis facte forent, nec non litteras apostolicas super hiis confectas cum concessionibus, mandatis ac processibus inde secutis in quorumcumque favorem et quibusvis etiam specialibus et expressis personis per ipsum, etiam „Motu proprio“ et „Ex certa scientia“ ac „Ad futuram rei memoriam“ et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis forsan concessas et factas ac super quibus ecclesie, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus ac prebende aliaque beneficia et loca sue et dicte sedis dispositioni generaliter reservata comprehendebantur seu comprehendi videbantur aut quarum vigore[g] ecclesie, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, prebende, alia beneficia et loca ecclesiastica generaliter resevata huiusmodi unita, annexa et incorporata censebantur, aut acceptari conferri, assignari, uniri, annecti, incorporari et commendari possent seu de illis provideri eisdem vel aliis personis, quomodocumque[h] valeret in futurum, que suum nondum sortite erant effectum, motu et scientia similibus auctoritate apostolica quoad beneficia reservata huiusmodi dumtaxat revocavit, cassavit[i], irritavit et annullavit nec non easdem et quascumque alias gratias expectativas et reservationes ac uniones, annexiones et incorporationes seu mandata[j] de uniendo vel conferendo aut commendando ac super illis confectas litteras, in quibus certus librarum seu florenorum valor ultra taxam per Cancellariam apostolicam iuxta constitutiones per eum super hoc editas dari solitam reperiebatur expressus et que trium beneficiorum etiam[k] generaliter sue et sedis predicte dispositioni non reservatorum numerum excedebant[l] cum[m] eorum processibus ad tres collationes, quas is, cui[n] gratia huiusmodi

etiam motu proprio aut in remunerationem[o] laborum seu contemplatione[p] principum concessa foret, infra[q] tres menses a die publicationis constitutionis huiusmodi sue[r] concedi contingeret[s] in futurum, a die concessionis eligere teneretur; et ad tria beneficia in una vel duabus provinciis restrinxit, reduxit et reposuit ac alias quoad reliquum numerum cassans et pro infectis habens voluit, statuit et ordinavit ac declaravit gratias expectativas, revalidationes, extensiones, collationum mutationes, reservationes, uniones, annexiones et incorporationes[t] ac mandata concessa huiusmodi nec non alia similia per ipsum forsan in posterum concedenda ac desuper confectas et conficiendas litteras, etiamsi de dicta constitutione[u] de verbo ad verbum mentio haberetur et illi derogaretur[v] expresse ad tres collationes et tria beneficia sue et dicte sedis dispositioni minime reservata modo premisso dumtaxat extendi, decernens irritum etc. Verum, quia a[w] nonnullis revocatur in dubium, an revocatio, cassatio, irritatio[x], annullatio, restrictio[y], reductio, repositio, voluntas, statutum, ordinatio, declaratio et decretum aliaque premissa ad reverendissimos dominos sacrosancte Romane ecclesie cardinales eorumque personas se extenderint[z], extendant aut extendere debeant seu possint, prelibatus sanctissimus dominus noster[aa] ambiguitatis dubium huiusmodi se movere et mentis sue[bb] conceptum exprimere cupiens statuit[cc], voluit, ordinavit et declaravit eiusdem sue mentis semper fuisse et esse omnes et singulos reverendissimos dominos cardinales prefatos sub revocatione, cassatione, irritatione, annullatione, restrictione[dd], reductione, repositione, voluntate, statuto, ordinatione, declaratione et decreto aliisque premissis ac prenarrata regula et constitutione comprehendisse et comprehendi illisque subici debuisse et debere ac comprehensos eisque subiectos extitisse, fore et esse dictasque revocationem, cassationem, irritationem, annullationem, restrictionem[ee], reductionem[ff], repositionem, voluntatem, statutum, ordinationem, declarationem et decretum ac regulam et constitutionem ad eosdem reverendissimos dominos cardinales eorumque personas se extendisse, extendere et in posterum extendi debere in omnibus et per omnia, ac si ipsi reverendissimi domini cardinales eorumque persone huiusmodi in prelibatis revocatione, cassatione, irritatione, annullatione, restrictione[gg], reductione, repositione[hh], voluntate, statuto, ordinatione, declaratione, decreto et constitutione specialiter et expresse nominati fuissent et essent, decernens irritum etc.

Placet et publicetur ac describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[ii1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati undecima[jj] mensis iulii millesimo[kk] CCCCLXXVIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et

domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti[ll] prefati anno septimo[mm2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1478 Juli 11*.
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] quartus *GW 8206γ, GW 8208* IIII
[b] littere *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* haberet
[c] prioratibus *GW 8206γ* prioribus
[d] personatibus *GW 8206γ* personis
[e] invicem *GW M42611* iniucem
[f] *GW 8206γ folgt* et
[g] vigore *fehlt GW 8206γ*
[h] quomodocumque *GW 8206γ, GW 8207-8208* quorumcumque
[i] *GW 8207-8208 folgt* et
[j] mandata *GW 8206γ* mandatum
[k] etiam *Firenze 64* et
[l] excedebant *GW 8208* excedant
[m] cum *GW 8206γ, GW 8207-8208* cui
[n] cui *GW 8206γ, GW 8207-8208* cum
[o] remunerationem *GW 8208* remuneratione
[p] contemplatione *alle Textzeugen* contemplationem
[q] infra *GW 8206γ* intra
[r] sue *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* seu
[s] contingeret *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* contigeret
[t] incorporationes *GW 8206γ* corporationes
[u] *GW 8206γ, GW 8207-8208 folgt* si
[v] derogaretur *GW 8206γ* derogarent
[w] a *fehlt GW 8206γ*
[x] *Firenze 64 folgt* et
[y] restrictio *Firenze 64* restrinctio *(!)*
[z] extenderint *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* extenderunt
[aa] *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611 folgt* dominus
[bb] sue *GW 8206γ, GW 8207-8208* suum
[cc] *GW 8208 folgt* et
[dd] restrictione *Firenze 64* restrinctione *(!)*
[ee] restrictionem *Firenze 64* restrinctionem *(!)*
[ff] reductionem *fehlt GW 8208*
[gg] restrictionem *Firenze 64* restrinctionem *(!)*
[hh] repositione *GW 8206γ* expositione
[ii] F *fehlt Firenze 64*
[jj] undecima *GW 8206γ* XI
[kk] millesimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* M
[ll] quarti *GW 8206γ, GW 8208* IIII
[mm] septimo *GW 8206γ* VII

## Nove regule Cancellarie per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Sixtum super revocatione gratiarum expectativarum edite et facte[a]

---

[a] Nove - facte *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611; GW M42608 (nach Nr. 133 und vor Nr. 146)* Finiunt regule antique. Sequuntur vero nove

**136.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[a] intendens vestigiis suorum predecessorum, qui decursis aliquibus annis pontificatus[b] eorum gratias expectativas in favorem presertim pauperum clericorum[c] sub nova data tam in communi quam in speciali forma concesserunt, inherendo sub nova data huiusmodi gratias concedere, statuit et ordinavit, quod gratie huiusmodi expectative de cetero sub data kalendis[d] ianuarii pontificatus sui anno primo[1] aut alia, que perinde valeat, nullatenus expediantur, sed dumtaxat sub data alias per sanctitatem suam declaranda et quod circa illarum expeditionem et prosecutionem et effectum[e] observentur constitutiones sive regule infrascripte et etiam ille, que alias[f] edite fuerunt per sanctitatem suam expectativas gratias quomodolibet concernentes, quatenus infrascriptis non contrarientur.

---

[1] *1472 Januar 1.*

---

[a] quartus *GW 8206γ* IIII
[b] pontificatus *GW 8206γ* pontificatum
[c] clericorum *GW 8206γ* clerico
[d] kalendis *GW 8207-8208* kalendas
[e] effectum *GW 8206γ* affectum
[f] alias *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208*

**137.**

Item idem sanctissimus dominus noster intendens non solum circa concedendas et expediendas de novo, sed etiam circa concessas et expeditas gratias expectativas et illarum revalidationes, extensiones et mutationes[a] collationum earundem ac speciales reservationes et antelationum prerogativas illas concernentes[b] opportune[c], prout decet, providere et attendens non convenire, quod sancti Iacobi de Spata et aliarum militiarum milites et fratres beneficia ecclesiastica extra suas militias presertim curata obtineant, revocavit omnes et singulas gratias expectativas earumque[d] revalidationes[e], extensiones[f] et mutationes collationum earundem, speciales reservationes, nominationes[g] ac nominandi et nominatis conferendi facultates et mandata, uniones[h] quoque et[i] incorporationes[j], que a sanctitate sua quomodolibet pro dictis[k] militibus et fratribus ad beneficia ecclesiastica secularia et aliorum quam suarum militiarum ordinum regularia etiam cum motus proprii et certe scientie ac aliis clausulis fortioribus et quavis consideratione[l] emanarunt, etiamsi in eisdem gratiis expectativis et aliis premissis[m] contineretur[n], quod talia beneficia erigerentur[o] in preceptorias suarum militiarum[p], etiamsi illi, quibus concessa fuerunt, nullum ex eis fructum hactenus reportassent, et similiter dispensationes[q] quascumque ad obtinendum talia beneficia ecclesiastica secularia et aliorum ordinum regularia, quas hactenus obtinuerunt, ad

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

effectum gratiarum huiusmodi vel alias quoad illa, in quibus gratie et dispensationes[r] ipse nondum sunt sortite effectum.

[a] revalidationes - mutationes *GW 8206γ* revalidationum extensionum et mutationum
[b] concernen(tes) *GW 8206γ* concernendum
[c] opportune *Firenze 64* optime
[d] earumque *GW 8206γ* earum
[e] revalidationes *GW 8206γ, GW 8208* revalidationum
[f] extensiones *GW 8208* extensionum
[g] nominationes *GW 8206γ, GW 8208* nominationum
[h] uniones *GW 8206γ* unionis
[i] et *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[j] incorporationes *GW 8206γ, GW 8208* incorporationum
[k] pro dictis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* predictis
[l] consideratione *GW 8206γ* considerationum
[m] premissis *GW 8206γ* premissa
[n] contineretur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* continerentur
[o] erigerentur *GW 8206γ, GW 8207-8208* exigerentur
[p] *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611 folgt* et
[q] dispensationes *GW 8206γ, GW 8208* dispensationum
[r] dispensationes *GW 8206γ, GW 8208* dispensationum

## 138.

Item, cum plurimi ex hiis, qui a sua sanctitate gratias expectativas hactenus obtinuerunt, ex illis fructum reportaverint[a], ne ratione tot iam concessarum et, quas de novo concedi continget[b], gratiarum ordinarii collatores nimium graventur ne ve[c] inter illas obtinentes[d] lites varie oriantur, idem[e] sanctissimus dominus noster revocavit omnes et singulas gratias expectativas earumque extensiones et mutationes[f] collationum[g] earundem etiam motu proprio et[h] ex[i] certa scientia et quavis consideratione[j] concessas per sanctitatem suam hactenus quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existant et quacumque dignitate etiam cardinalatus prefulgeant, que vigore acceptationis[k] et provisionis earundem[l] aut pretextu facte[m] vel obtente super acceptato beneficio[n] nove provisionis, surrogationis[o] vel[p] „Si neutri“ vel[q] „Si nulli“ aut alterius gratie, in qua acceptatio ipsa narratur, aliquod beneficium ecclesiasticum assecuti fuerunt aut ius sibi quesiverunt[r] in illo, quod prosequuntur vel prosequi non curantes ommissis debitis diligentiis vel alias quomodolibet, etiam illi[s] libere cedendo amiserunt[t] et prosequi nequeunt seu pro iure, quod sibi acceptationis[u] huiusmodi et subsecute de illo[v] provisionis vigore competere dicebant, etiamsi non competiisset in vero, aliquam compensam in alio beneficio ecclesiastico, pensione vel alias obtinuerunt, quoad ea, in quibus gratie ipse nondum sunt consecute effectum, decernens irritum et inane, quidquid pretextu ipsarum gratiarum sic revocatarum in posterum scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

[a] reportaverint *Firenze 64* reportaverunt*; GW 8206γ* reporaverunt
[b] contingет *GW 8206γ* contingeret
[c] ve *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208*
[d] obtinen(tes) *GW 8206γ* obtinere
[e] Idem *GW 8206γ* Item
[f] extensiones et mutationes *GW 8206γ* extensionum et mutationum
[g] collationum *GW 8207-8208* collation(es)
[h] et *fehlt GW 8206γ*
[i] ex *fehlt GW 8208*
[j] consideratione *GW 8206γ* considerationum
[k] acceptationis *GW 8206γ, GW 8208* acceptationum
[l] earundem *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* earum
[m] facte *GW 8206γ* facto
[n] acceptato beneficio *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* acceptata beneficia
[o] surrogationis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* surrogationem
[p] vel *fehlt Firenze 64*
[q] vel *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[r] quesiverunt *GW 8206γ* quesierunt
[s] illi *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* illis
[t] amiserunt *Firenze 64* commiserunt
[u] acceptationis *GW 8206γ* acceptatio non*; GW 8208* acceptationum
[v] illo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* illis

## 139.

Item similiter idem[a] sanctissimus[b] dominus noster attendens, quod plurimi ex predictis, qui a sua sanctitate gratias huiusmodi expectativas earumque revalidationes, extensiones et mutationes[c] collationum earundem obtinuerunt et ex illis aliquem effectum reportaverunt, aliquo ex modis in proxima regula et constitutione[d] contentis[e] novas gratias vel priorum revalidationes[f], extensiones[g] et mutationes[h] collationum earundem ac diversas alias litteras sub primis processibus vel alias obtinuerunt, ne[i] ex multitudine tot gratiarum huiusmodi confusiones et lites oriantur in ecclesiasticorum beneficiorum et personarum gratias huiusmodi prosequentium dispendium, revocavit omnes illas, quas persone, quibus concesse sunt, postquam illarum vigore ut in precedenti constitutione sive regula per suam sanctitatem facta[j] acceptaverant[k] et alia[l] in eadem constitutione expresse[m] fecerant, a sua sanctitate secundo, tertio et[n] ulteriori loco obtinuerunt gratias expectativas etiam sub priori vel alia data[o] et[p] ipsarum priorum vel aliarum extensiones[q], mutationes[r] quoque[s] collationum ac revalidationes[t] earundem, que etiam cum motus proprii et certe scientie aliisve clausulis quibuslibet et[u] fortioribus et insolitis pro quibusvis personis ecclesiasticis secularibus et quorumvis ordinum regularibus, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant et quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus vel mundana[v] dignitate prefulgeant et quavis etiam imperatoris, regum, principum et prelatorum ac obsequiorum pro fide catholica impensorum consideratione quomodolibet emanarunt, decrevitque irritum et inane, quidquid pretextu gratiarum expectativarum, revalidationum, extensionum et mutationum

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

collationum earundem sic revocatarum et in posterum quoad ea, in quibus revocata sunt, contigerit attemptari.

---

[a] idem *fehlt GW M42609*
[b] sanctissimus *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[c] revalidationes - mutationes *GW 8206γ, GW 8208* revalidationum extensionum et mutationum
[d] constitutione *GW 8208* constitutionum
[e] contentis *Firenze 64* confectis
[f] revalidationes *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* revalidationum
[g] extensiones *GW 8208* extensionum
[h] mutationes *GW 8208* mutationum
[i] ne *GW 8208* nec
[j] facta *Firenze 64* factam
[k] acceptaverant *Firenze 64* acceptaverunt
[l] alia *Firenze 64* illa
[m] expressa *Firenze 64* expresse
[n] et *GW 8206γ* vel
[o] data *GW 8206γ* datis
[p] et *GW 8206γ* ex
[q] extensiones *GW 8206γ* extensionum
[r] mutationes *GW 8206γ, GW 8207-8208* mutationum
[s] quoque *fehlt Firenze 64*
[t] revalidationes *GW 8206γ, GW 8208* revalidationum
[u] et *fehlt Firenze 64*
[v] mundana *Firenze 64* mondana

## 140.

Item sanctissimus dominus noster attendens, quod propter[a] speciales reservationes nec non uniones temporales ad beneficia vacatura, que hactenus a sua sanctitate emanarunt in favorem diversorum, non solum ordinarii collatores plurimum sunt gravati, sed etiam[b] alii expectantes presertim pauperes impediuntur fructum ex[c] concessis eis gratiis expectativis[d] reportare, ac volens super hoc opportune providere, revocavit omnes et singulas speciales reservationes ad beneficia vacatura absque clausula restrictiva preterquam per obitum illa obtinentium expeditas nec non uniones beneficiorum primo vacaturorum vel eligendorum de pluribus, cum vacaverint[e], personarum non autem beneficiorum consideratione ad vitam eorum vel aliud tempus non autem perpetuo factas et reservationum ac unionum huiusmodi revalidationes, extensiones[f] ac mutationes[g] collationum earundem, que etiam cum motus proprii et certe scientie aliisve clausulis quibuslibet efficacioribus et insolitis pro quibusvis personis ecclesiasticis secularibus et quorumvis ordinum et[h] militiarum regularibus, cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant et quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus[i] vel mundana[j] dignitate perfulgeant et quavis etiam imperatoris, regum, principum et prelatorum ac obsequiorum pro fide catholica impensorum consideratione[k] quomodolibet emanarunt, sive hi[l], quos concernunt, ex illis[m] fructum reportassent sive non, quoad illa, in quibus non[n] sunt sortita effectum.

[a] propter *fehlt GW M42609*
[b] etiam *GW 8206γ* et
[c] fructum ex *GW 8206γ* fructuum et
[d] expectativis *Firenze 64* expectantes
[e] vacaverint *GW 8206γ* vacaverit
[f] revalidationes extensiones *GW 8206γ* revalidationum extensionum
[g] mutationes *GW 8206γ, GW 8208* mutationum
[h] et *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* etiam
[i] etiam cardinalatus *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[j] mundana *Firenze 64* mondana
[k] consideratione *GW 8206γ* considerationum
[l] hi *GW M42609* ii
[m] illis *GW 8206γ* illa
[n] non *fehlt Firenze 64*

**141.**

Item idem sanctissimus dominus noster, ne[a] propter varias clausulas, que in huiusmodi per sanctitatem suam revocatis gratiis forsan apposite forent, supradicte revocationes, ut prefertur, facte per suam sanctitatem effectum sortiri impediantur, voluit et decrevit, quod huiusmodi gratiarum expectativarum, dispensationum, revalidationum, extensionum et mutationum collationum earundem nec non specialium[b] reservationum ac unionum revocationes[c] in omnibus precedentibus constitutionibus sive regulis per sanctitatem suam, ut prefertur, facte effectum sortiantur, etiamsi in eisdem sic revocatis expectativis ac aliis gratiis et dispensationibus predictis contineretur[d], quod in generalibus revocationibus[e] huiusmodi nullatenus comprehenderentur, nisi sub certis inibi expressis modo et forma de eis eorumque causis et personarum, quarum consideratione[f] emanarunt, mentio fiat, quas et quascumque alias etiam fortiores, efficaciores et insolitas nemini voluit contra revocationem huiusmodi quomodolibet suffragari.

[a] ne *fehlt Firenze 64*
[b] specialium *GW 8206γ* spectantium
[c] revocationes *GW 8206γ, GW 8208* revocationum
[d] contineretur *GW 8206γ* continetur
[e] revocationibus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* reservationibus
[f] consideratione *GW 8206γ* considerationem

**142.**

Item idem sanctissimus dominus noster suorum predecessorum similiter inherendo vestigiis voluit, statuit et ordinavit, quod, ubi plures ad eandem ecclesiam vel collationem etc.[a] sub eadem vel diversis datis expectantes fuerint, etiam habentes inibi de minori vel equali data[b] gratias minus tamen prerogativati[c] sub illis alias cadentia iuxta formam litterarum[d] desuper confectarum acceptare et de illis sibi provideri[e] facere valeant et, si illi eorundem[f]

sic acceptantium, qui in assecutione quomodolibet potiores erant, in faciendis publicationibus, intimationibus seu alias[g] requisitis diligentiis defecerint, reliquorum, qui huiusmodi diligentias fecerint, acceptationes[h] et provisiones[i] suum sortiantur effectum perinde, ac si deficientes in faciendis diligentiis, qui potiores erant, illa minime acceptassent nec censeantur beneficia ipsa[j] sic acceptata ex personis eorundem[k] acceptantium et suas[l] acceptationes non publicantium vel non intimantium possessoribus eorundem seu alias diligentias non facientium, ut tenebantur[m], quovismodo vacare.

---

[a] etc. *fehlt Firenze 64*
[b] dat(a) *GW 8206γ, GW 8207-8208* datis
[c] prerogativati *GW 8206γ* prerogativa
[d] litterarum *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[e] provideri *GW M42609* providere
[f] eorundem *Firenze 64* earundem
[g] alias *Firenze 64* aliis
[h] acceptationes *GW 8206γ, GW 8208* acceptationum
[i] provisiones *GW 8206γ, GW 8207-8208* provisionum
[j] ipsa *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* huiusmodi
[k] eorundem *Firenze 64* earundem
[l] suas *Firenze 64* quas
[m] tenebantur *GW 8206γ, GW 8207-8208* tenebatur

**143.**

Item idem sanctissimus dominus noster, ne personarum, pro quibus littere sue emanabunt, generalem absolutionem a censuris ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad effectum litterarum earundem indifferenter concedi et in litteris apostolicis apponi solitam[a], prestetur alicui occasio censuras ipsas vilipendendi[b] et insordescendi in illis, statuit et ordinavit huiusmodi absolutionem et[c] clausulam in litteris, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari non parentibus rei iudicate[d], incendiariis, violatoribus ecclesiarum, falsificantibus et falsificari procurantibus litteras apostolicas et illis utentibus, hereticis, receptatoribus et fautoribus eorum et res[e] vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiastice libertatis, via facti ausu temerario apostolicis mandatis non obtemperantibus[f] et nuntios vel executores apostolice sedis et eius officialium et commissa exequendos impedientibus, qui propter premissa vel aliquod eorum excommunicati[g] a iure vel ab homine per quattuor menses scienter excommunicationis sententiam[h] huiusmodi sustituerint et generaliter quibuscumque aliis, qui censuris aliquibus etiam alias quam, ut prefertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint[i].

---

[a] solitam *Firenze 64* solitis
[b] vilipendendi *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* vilipendi
[c] et *Firenze 64* etiam

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[d] iudicate *GW 8206γ* iudica
[e] res *fehlt Firenze 64*
[f] obtemperantibus *GW 8207* abtemperantibus
[g] excommunicati *GW 8206γ* excommuniacari
[h] sententiam *GW 8208* sententia
[i] insorduerint *alle Textzeugen* insordierint

**144.**

Item, quia nonnulli pluralitatem canonicatuum et prebendarum in ecclesiis cathedralibus sibi vendicare non verentur in animarum suarum periculum et ecclesiarum earundem, cum in omnibus residere nequeant, non modicum detrimentum, idem sanctissimus dominus noster[a] statuit et decrevit, quod nullus pretextu gratiarum expectativarum vel aliarum quarumlibet, quas[b] etiam motu proprio emanare contingeret, a sua sanctitate super vacantibus vel certo aut incerto modo vacaturis patriarchalium, metropolitanum et aliarum cathedralium ecclesiarum canonicatibus et prebendis illos assequi possit[c], si ipse, pro quo emanarunt[d], in duabus aliis cathedralibus ecclesiis canonicus actu prebendatus existat tempore date[e] litterarum aut assecutionis huiusmodi, nisi id ei[f] specialiter et specifice per sanctitatem suam per[g] signaturam ad partem illi clausule specialiter factam concederetur vel ipsi, pro quibus emanarent, concessiones[h] predicte unum ex canonicatibus et unam[i] ex prebendis per eos obtentis obtulerint, se in eventum assecutionis eorum, de quibus ageretur, paratos dimittere ipseque littere quoad effectum huiusmodi assecutionis dumtaxat nullius sint roboris vel momenti, illis quoad reliqua[j], que forsan inibi continerentur[k], in sua firmitate remanentibus.

Placet, publicentur in Audientia[l] et describantur[m] in Cancellaria, F‹ranciscus›[n1].

Lecte et[o] publicate fuerunt suprascripte regule, Rome in Cancellaria apostolica, die martis XII mensis decembris anno domini[p] MCCCCLXXX, indictione XIII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri[q] Sixti pape quarti[r] anno decimo[2], et in Audientia contradictarum, die iovis XIIII decembris anno et pontificatus[3] ut supra, G. de Magistris[4] locumtenens. Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[5] custos[s].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1480 Dezember 12.*
[3] *1480 Dezember 14.*
[4] *G. de Magistris.*
[5] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] noster *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[b] quas *GW 8206γ* quam
[c] possit *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* posset

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[d] emanarunt *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* emanarent
[e] date *GW 8207-8208* datis
[f] ei *Firenze 64* eis
[g] per *fehlt GW 8206γ*
[h] emanerent concessiones *GW 8206γ* manerent concessionum
[i] unam *GW 8206γ* una
[j] relliqua *GW 8206γ, GW 8207-8208* reliquam
[k] continerentur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* continentur
[l] in Audientia *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611*
[m] describantur *Firenze 64* scribantur
[n] F *fehlt Firenze 64*
[o] et *fehlt GW 8206γ*
[p] domini *fehlt GW 8206γ*
[q] *GW 8206γ folgt* domini
[r] Sixti pape quarti *GW 8207-8208, GW M42609, GW M42611* Sixti pape*; GW 8206γ* papa Sixti
[s] et in - custos *fehlt GW M42609*

## 145.

RESTRICTIO[a] FACULTATUM CARDINALIBUS CONCESSARUM[b].

Sanctissimus in Christo pater et[c] dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[d], qui diversis[e] sancte Romane ecclesie cardinalibus per suas litteras concessit, ut de ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et ordinum quorumcumque regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim ratione ecclesiarum, quibus preerant[f], et titulorum suorum ac monasteriorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que in titulum vel commendam obtinebant et pro tempore obtinerent, extra Romana curia pro tempore vacantibus per se vel per[g] alios libere disponere possint[h], non obstantibus quibusvis gratiis expectativis specialibus vel generalibus reservationibus et aliis in contrarium facientibus et, si illa in Romana curia vacare contingeret[i], voluit, quod in litteris sue sanctitatis, que[j] super illorum provisionibus[k] seu providendi mandatis vel aliis dispositionibus expedirentur, ipsorum cardinalium accederet assensus, alioquin provisiones et mandata huiusmodi non valerent, prout in eisdem litteris plenius continetur, ex certis rationabilibus causis ad id animum suum moventibus concessiones huiusmodi, etiamsi motus proprii et certe scientie ac plenitudinis potestatis vel quibusvis aliis clausulis sint munite[l], modificando illas quoad ea, que apud sedem vacabant pro tempore, ecclesias, monasteria et alia beneficia huiusmodi in eis comprehensa expresse revocavit et huiusmodi eorum consensum in expeditione litterarum desuper exigi noluit quovismodo, quo vero ad ea, que extra Romanam[m] curiam vacare continget, restrinxit et locum dumtaxat habere voluit in ecclesiis, monasteriis,

dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis, canonicatibus et prebendis aliisque ecclesiasticis beneficiis cum cura et sine cura secularibus et regularibus ad ipsorum cardinalium collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pro tempore existentem[n] ratione unius dumtaxat patriarchalis, metropolitanis vel alterius cathedralis ecclesie, cui ex concessione et dispensatione apostolica, ut eposcopi vel administratores presunt, et quoad eos, qui pluribus ecclesiis huiusmodi preesse noscuntur, ratione illius ex eisdem ecclesiis dumtaxat, cui primo[o] prefuisse noscuntur, quo vero ad eos, qui talibus cathedralibus ecclesiis in presentiarum non presunt, ratione illius ecclesie cathedralis, cui eos primo preesse contigerit et quamdiu alicui ecclesie cathedrali non preerunt, ratione tituli presbiteri seu diaconi cardinalatus, de quo intitulantur et intitulabuntur, pro tempore pertinentibus, que in posterum vacare continget, et quoad alia easdem concessiones revocavit et noluit de cetero eis quomodolibet suffragari, decrevitque collata hactenus per aliquem eorundem cardinalium beneficia quecumque et qualiacumque dispositioni apostolice generaliter reservata vel affecta et, que conferentur in posterum, nisi[p] illi, quibus collata sunt ex nunc, et illi, quibus conferentur in posterum[q], ex die collationum earundem infra quattuor, si citra, et octo menses, si ultra montes beneficia ipsa consistant, novam desuper provisionem a sanctitate sua obtineant et litteras desuper ex toto expediant et in Camera apostolica debitam pro illis dicte Camere annatam[r] solvendo expediri procuraverint, cum effectu eo ipso vacare et posse et debere per sedem ipsam conferri nec non irritum et inane, quidquid illorum[s] pretextu ex die publicationis presentium[t] scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet et publicetur et scribatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati XIII mensis ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo[u] octuagesimo primo[v], pontificatus prefati[w] sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti[x] anno decimo[y][2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1481 Januar 13.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Restrictio *Firenze 64* Restrinctio
[b] Restrictio - concessarum *Firenze 64*
[c] et *fehlt GW 8208*
[d] quartus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* IIII
[e] qui diversis *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[f] preerant *GW 8206γ* preerat
[g] per *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*

[h] possint *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* possent
[i] contigeret *GW 8207-8208, GW M42611* contigerit
[j] que *GW 8206γ* quo
[k] provisionibus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* provisione
[l] munite *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* munita
[m] Romanam *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[n] existentem *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[o] primo *GW 8206γ, GW 8207-8208* prima
[p] nisi *fehlt GW 8208*
[q] nisi - in posterum *fehlt Firenze 64*
[r] annatam *GW 8206γ* annuatim*; GW 8207-8208* annuatam
[s] illorum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* ipsorum
[t] presentium *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* presentia
[u] quadringentesimo *Firenze 64* quatricentesimo
[v] millesimo - primo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* MCCCCLXXX
[w] prefati *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[x] quarti *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* IIII
[y] decimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* X

## 146.

REVOCATIO GRATIARUM EXPECTATIVARUM, ETIAM QUARUM VIGORE QUIS HACTENUS NULLUM FRUCTUM CONSECUTUS FUERAT[a].

Sanctissimus dominus noster Sixtus divina providentia papa quartus[b] intendens adveniente mense novembris proxime futuro[c1] novas gratias expectativas et circa assecutionem beneficiorum ecclesiasticorum illarum[d] vigore faciendam ad nobiles et graduatos ac Romane curie officiales et in illa[e] residentes pro tempore aliaque merita et pauperes debitum respectum habendo antelationum prerogativas concedere[f], ut interim ordinarii collatores gratias et favores reportent a sua sanctitate[g] et in conferendis beneficiis ecclesiasticis uti ordinaria[h] auctoritate pretextu gratiarum expectativarum non impediantur[i], omnes et singulas gratias expectativas ac reservationes speciales per suam sanctitatem et apostolice sedis legatos hactenus[j] etiam[k] motu proprio quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis et[l] conditionis existant[m], concessas, etiam quarum vigore illa[n] obtinentes[o] nullum fructum[p] hactenus[q] reportarunt[r] quoad beneficia ecclesiastica sub illis[s] comprehensa, que hactenus vacaverunt[t] et per eos acceptata[u] non sunt[v] et in posterum vacabunt[w], revocavit et voluit pro infectis haberi ac decrevit gratias expectativas et reservationes predictas, quas interim ante mensem[x] predictum per sanctitatem suam aut dicte sedis legatos seu alios eius auctoritate etiam motu simili concedi contingeret[y], nullius esse roboris vel momenti.

---

[1] *1481 November.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet[z], publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[aa2].

Lecta et publicata fuit suprascripta[bb] regula, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati vicesima tertia[cc] mensis iunii anno a nativitate[dd] domini MCCCCLXXX primo[ee], pontificatus prefati sanctissimi domini[ff] nostri domini Sixti pape quarti[gg] anno decimo[hh3], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos[ii].

---

[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[3] *1481 Juni 23.*
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Revocatio - fuerat *GW M42619*
[b] quartus *GW 8206γ* IIII*; GW M42608 folgt* dudum
[c] mense novembris proxime futuro *GW M42608* tempore
[d] illarum *GW M42608* aliarum
[e] illa *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* ipsa
[f] ad nobiles - concedere *GW M42608* antelationum prerogativas habito respectu ad qualitates personarum et
[g] reportent - sanctitate *GW M42608* ab eius sanctitate reportarent
[h] ordinaria *fehlt GW M42608*
[i] impediantur *GW M42608* impedirentur
[j] hactenus *GW M42608* eatenus
[k] etiam *GW 8206γ* et
[l] et *GW M42608* vel
[m] existant *GW M42608* existerent
[n] illa *GW M42608, GW M42619* illas
[o] obtinentes *GW M42608* odtinentes
[p] nullum fructum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42619* nullos fructos
[q] hactenus *GW M42608* eatenus
[r] reportarunt *GW 8206γ, GW M42608* reportaverant
[s] illis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* ipsis
[t] quoad - vacaverunt *fehlt GW M42608*
[u] acceptata *Firenze 64, GW M42608* accepta
[v] sunt *GW M42608* erant
[w] vacabunt *GW M42608* vacarent
[x] mensem *GW M42608* tempus
[y] contingeret *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619* contigerit
[z] *Firenze 64 folgt* et
[aa] Placet - F *fehlt GW M42608;* F *fehlt Firenze 64*
[bb] suprascripta *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619* supradicta
[cc] vicesima tertia *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619* XXIII
[dd] a nativitate *fehlt Firenze 64*
[ee] primo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619* I indictione XIIII
[ff] sanctissimi domini *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619*
[gg] quarti *GW M42619* IIII
[hh] decimo *GW 8206γ* X
[ii] Io - custos *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42619;* Lecta - custos *fehlt GW M42608*

## 147.

Sanctissimus dominus noster Sixtus divina providentia papa quartus[a] provide attendens, quod, si illi, quibus providetur seu provideri mandatur vel conceditur etiam motu proprio de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis, in provisionibus, mandatis vel concessionibus huiusmodi exprimerent beneficia ecclesiastica, que obtinent[b] ac in quibus et ad que

ius eis competit, et illorum fructuum, reddituum et proventuum veros valores annuos, prout tenentur iuxta predecessorum[c] suorum[d] et, quas[e] sanctitas sua in crastinum assumptionis sue[f] ad summi apostolatus apicem edidit, constitutiones, sanctitas sua ex[g] expressione huiusmodi certificata de proventibus ecclesiasticis petentium sibi provideri[h] illos ex eisdem petentibus, quos magis indigere cognoscent, exaudire et nonnumquam quod ille, cui provisio fieret, in assecutione beneficii pinguioris[i], de quo provideretur, eidem ius suum in litigiosis aut unum vel plura de obtentis per eum pacifice beneficiis huiusmodi dimittere teneretur, ordinare et de iure collitiganti[j] ac beneficiis dimittendis huiusmodi alii vel aliis presertim pauperibus et competitoribus clericis[k] provideri mandare commodius possit quodque huiusmodi commoditati et effectui, qui ex sua et predecessorum constitutionum predictarum observantia resultaret, persepe obviatur, per clausulam illam, per quam sanctitas sua omnia huiusmodi beneficia ecclesiastica, que exprimi deberent, et illorum fructuum et proventuum verum annuum valorem in huiusmodi provisionibus, mandatis vel concessionibus habet pro expressis, et per[l] clausulam motus proprii in hiis, que sanctitas sua proprio motu concedit. Et, ne in futurum hoc contingat, providere volens statuit et ordinavit, quod de cetero clausule predicte, videlicet motus proprii et per quam sanctitas sua beneficia huiusmodi habet pro expressis, in impetrationibus, provisionibus, confirmationibus et commendis monasteriorum, dignitatum vel personatuum aut quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum vacantium et[m] certo modo vacaturorum et, que desuper emanaverint, gratiarum concessionibus et mandatis huiusmodi qualitercumque et quibuscumque verbis quantumcumque generalibus vel specialibus concepte et per quamcumque signaturam, quam desuper[n] in futurum a sanctitate sua vel in eius presentia obtinere contingeret, pro tempore concesse[o] quoad illorum, que persone, quibus concederentur, tunc expectarent, vacaturorum, dumtaxat non autem aliorum, que tunc obtinerent ac in quibus et ad que ius eis[p] competeret, beneficiorum ecclesiasticorum ac annuarum pensionum, que tunc perciperent, expression(es)[q] huiusmodi eis suffragentur litterasque super concessione clausularum[r] huiusmodi, que in futurum a sanctitate sua emanarent, ob non expressionem beneficiorum valorum et qualitatum ac pensionum eorundem subreptionis et defectus intentionis sue sanctitatis vitio[s] omnino subiacere decrevit perinde, ac si clausule ipse[t] in eisdem litteris apposite non essent[u], dicta clausula motus proprii alias in suo robore permanente. Declaravit quoque idem sanctissimus dominus noster sue intentionis fore huic constitutioni nullatenus derogare, nisi dum et quotiens clausula ipsa derogationis per[v] „Fiat“ vel per „Concessum“ de derogatione manu sue sanctitatis vel signantis[w] in presentia sua specifice et ad partem sola non autem in cumulo aliarum clau-

sularum signata fuerit, ac voluit constitutionem huiusmodi presentes in curia Romana decurso triduo, absentes[x] vero ab eadem citramontes decurso mense[y], reliquos vero ultramontes elapso trimestri dumtaxat a die publicationis eiusdem in Cancellaria apostolica faciende et non ante ligare et effectum sortiri.

Placet, publicetur et describatur[z] in Cancellaria, F‹ranciscus›[aa1].

Lecta et publicata[bb] fuit suprascripta regula, Rome[cc] in Cancellaria apostolica, die iovis XXX mensis[dd] augusti anno domini MCCCCLXXX[ee] primo, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti[ff] anno[gg] undecimo[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos[hh].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1481 August 30*.
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] quartus *GW 8206γ, GW 8208, GW M42571* IIII
[b] obtinent *GW 8206γ* obtinet
[c] predecessorum *GW 8206γ, GW 8207-8208* predecessores
[d] suorum *GW 8206γ* suos
[e] quas *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571, GW M42611* quam
[f] sue *GW 8207-8208, GW M42611* sui
[g] ex *fehlt Firenze 64*
[h] provideri *GW 8206γ* providere
[i] pinguioris *GW 8206γ* pignoris*; GW 8208* pinguiores
[j] collitiganti *GW 8206γ* collitigantibus
[k] competitoribus clericis *Firenze 64* competitionibus clericorum
[l] per *fehlt Firenze 64*
[m] et *GW 8208* quod
[n] *GW 8206γ folgt* et ne
[o] *GW M42571 folgt* et
[p] eis *GW 8206γ, GW 8207-8208* eius
[q] expression(es) *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571* expressionem*; GW M42611* expressione(s)
[r] clausularum *Firenze 64* litterarum
[s] vitio *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* vicino
[t] ipse *GW 8206γ, GW 8207-8208* tempore
[u] essent *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* fuissent
[v] *GW 8206γ, GW 8207-8208 folgt* se
[w] signantis *Firenze 64* signatis
[x] absentes *GW 8206γ, GW 8207-8208* habentes
[y] mense *GW M42571* mensem
[z] describatur *Firenze 64* scribatur
[aa] F *fehlt Firenze 64, GW 8206γ*
[bb] et publicata *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[cc] et publicata - Rome *fehlt GW M42571;* suprascripta - Rome *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[dd] die - mensis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571, GW M42611* penultima
[ee] MCCCCLXXX *Firenze 64* MIIII[C]LXXX
[ff] anno - quarti *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571, GW M42611*
[gg] *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571, GW M42611 folgt* eius
[hh] Io - custos *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42571, GW M42611*

## 148.

REGULE CANCELLARIE COLLATIONATE ET CUM ORIGINALI CONCORDANTES[a].

| | |
|---|---|
| *Firenze 64, GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615.* | *GW M42608.* |

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus[b], qui die XXIII mensis iunii proxime preteriti[c1] intendens adveniente tempore[d] novas gratias expectativas concedere ex causis tunc expressis per quandam constitutionem suam seu Cancellarie apostolice regulam omnes et singulas gratias expectativas ac speciales reservationes quibusvis personis concessas, etiam quarum vigore illas obtinentes nullos fructus hactenus[e] reportaverant, revocavit ac decrevit gratias expectativas et reservationes, quas interim ante tempus predictum ibi expressum concedi contingeret, nullius esse[f] roboris vel momenti[g]. Quia nuper ad aures sue sanctitatis pervenit, quod a nonnullis asseritur certas gratias expectativas[h] seu speciales reservationes, in quibus inter alia nonnulle clausule apposite et certa[i] verba[j] descripta fuerunt[k], de quibus, nisi in quacumque revocatione per sanctitatem suam[l] facienda specialis et expressa mentio fieret[m] seu illis per binas aut trinas litteras apostolicas vel alias certo modo specialiter et expresse derogaretur[n] aut nonnulla alia verba[o] exprimantur[p], nullatenus

| | |
|---|---|
| comprehenderentur[q], tam ante constitutionem predictam quam postea a[r] sua sanctitate emanasse et precedentes[s] in dicta revocatione comprehensas non esse et per reliquas, que postea emanarunt[t], constitutioni predicte derogatum fore, volens ad concessionem novarum gratiarum devenire | comprehendantur aut in dicta revocatione comprehensas esse seu comprehendi debere, prefata sanctitas, ad quam spectat sue intentionis conceptum plenius declarare, et ne contra illum curiosa nonnullorum sedulitas valeat quomodolibet argumentari, sue intentionis a tempore edite revocationis semper fuisse et adhuc esse, quod |

omnes et singulas huiusmodi gratias expectativas[u] et illarum extensiones, revalidationes, declarationes, speciales reservationes tam[v] ante dictam revocationem quam post illam etiam motu proprio vel[w] ex certa scientia ac de plenitudine potestatis et cum predictis et[x] quibusvis aliis, etiam efficacioribus derogatoriarum[y] derogatoriis et insolitis apponi clausulis[z], etiam talibus, quod ille revocari nequeant, nisi certis[aa] verbis appositis seu trina vel ampliori litterarum apostolicarum serie aut de[bb] consensu illorum, quibus concesse[cc] fuerunt[dd], que pro[ee] quibusvis personis etiam sancte Romane ecclesie cardinalibus, archiepis-

[1] *1481 Juni 23.*

copis, episcopis, protonotariis, subdiaconis, cantoribus et[ff] familiaribus suis[gg] continuis commensalibus etiam[hh] in certis litteris quoad[ii] antelationum prerogativas in assecutione[jj] beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi facienda descriptis[kk], causarum Palatii apostolici auditoribus[ll], Camere apostolice clericis, litterarum apostolicarum de parco[mm] maiori[nn] et aliis[oo] abbreviatoribus ac[pp] scriptoribus[qq] nec non sue sanctitatis et dictorum cardinalium parafrenariis[rr] ceterisque[ss] apostolice sedis officialibus et aliis quibuscumque personis sub quibusvis formis et verborum expressionibus et aliis quantumcumque[tt] nobilibus et graduatis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existant[uu],

| | |
|---|---|
| tam[vv] ante dictam constitutionem quam[ww] in illa comprehensa non sunt quam postea quomodolibet emanaverunt[xx] a sua sanctitate vel eius legatis, etiamsi a sanctitate sua de fratrum suorum consilio emanassent, quarum[yy] omnium tenorem hic voluit haberi pro infecto quoad comprehensa sub illis regularia etiam monasteria et secularia etiam dignitates existentia et quevis alia beneficia ecclesiastica, que in futurum vacare continget, penitus et omnino revocavit et voluit pro non concessis et infectis haberi ac decrevit acceptationes, provisiones et assecutiones, quas pretextu dictarum gratiarum et reservationum in futurum ex die publicationis presentium fieri et, quidquid secus super hiis sequi[zz] quomodolibet exinde contingerit scienter vel ignoranter, nullius esse roboris vel momenti. | quorumcumque regum, reginarum et aliorum principum emanaverint in dicta revocatione, que die vicesima tertia mensis iunii pontificatus sui anno decimo[2] in Cancellaria apostolica lecta et publicata fuit, compehenderentur et comprehendi deberent nec non acceptationes, provisiones, assecutiones pretextu dictarum gratiarum et reservationum postmodum factas et faciendas et inde secuta et secutura quecumque nullius fuisse et esse roboris vel momenti. Sicque per quoscumque causarum Palatii apostolici auditores et alios iudices ordinarios seu delegatos in Romana curia vel extra eam iudicari, sententiari et diffiniri debere, sublata eis quacumque alias iudicandi, diffiniendi et interpretandi facultate, auctoritate apostolica et ex certa scientia decrevit pariter et declaravit ac irritum et inane, quidquid secus super hiis per quoscumque attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Voluit insuper idem dominus noster, quod, si per preoccupationem vel alias presenti constitutioni etiam motu proprio et |

[2] *1481 Juni 23.*

| | |
|---|---|
| | ex certa scientia de plenitudine potestatis et cum illius totali institutione derogari seu contra illam declarari contingat, derogatio seu declaratio ipsa nullius sit roboris vel momenti, sed ex illa potius illi vel illis, in cuius seu quorum preiudicium derogatio seu declaratio ipsa emanaverit, ius accrescat et augeatur. |

---

[a] Regule - concordantes *GW M42615*
[b] quartus *GW M42608, GW M42615* IIII
[c] qui - preteriti *GW M42608* dudum
[d] intendens - tempore *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615*
[e] hactenus *GW M42615* eatenus
[f] esse *fehlt GW 8206γ*
[g] Sanctissimus - momenti *GW M42608* Et
[h] asseritur - expectativas *GW M42608* contention‹i›s asserere presumitur quod in revocatione predicta certe gratie expectative
[i] certa *GW M42608* cetera
[j] verba *Firenze 64* vana
[k] fuerunt *GW M42608* fuerint
[l] suam *fehlt GW M42608*
[m] fieret *GW M42608* fiat
[n] derogaretur *GW M42608* derogetur
[o] verba *Firenze 64* vana
[p] exprimantur *GW M42608* dicantur
[q] comprehenderentur *GW M42615* comprehendentur
[r] a *fehlt GW 8206γ*
[s] precedentes *Firenze 64* pretendentes
[t] emanarunt *GW 8206γ* emanaverunt
[u] et singulas expectativas *GW M42608* gratie expectative
[v] tam *GW 8206γ* atque
[w] vel *GW M42608* et
[x] predictis et *fehlt GW M42608*
[y] aliis - derogatoriarum *GW M42608* derogativarum
[z] clausulis *GW 8206γ* clausula
[aa] *Firenze 64 folgt* desuper
[bb] de *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615*
[cc] concesse *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* concessa
[dd] fuerunt *GW M42608* fuerant
[ee] que pro *fehlt GW M42608*
[ff] cantoribus et *GW M42608* seu
[gg] suis *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615* sive
[hh] etiam *Firenze 64* etiamsi
[ii] quoad *GW 8206γ* quo
[jj] assecutione *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* executione
[kk] etiam in certis - descriptis *fehlt GW M42608*
[ll] auditoribus *GW 8206γ, GW 8207-8208* auctoribus
[mm] parco *GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* parca
[nn] maiori *GW 8208* maiorii
[oo] et aliis *fehlt GW M42608*
[pp] ac *fehlt GW M42608*
[qq] *GW M42608 folgt* et aliis abbreviatoribus
[rr] parafrenariis *GW 8206γ* peraphernariis*; GW 8208* parafrenis
[ss] ceterisque *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* certisque

[tt] quantumcumque *GW M42608* quibuscumque
[uu] existant *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615* fuerint
[vv] tam *fehlt GW 8206γ*
[ww] quam *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* quatenus
[xx] emanaverunt *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* emanarunt
[yy] quarum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* quorum
[zz] sequi *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* seu

**149.**

Item prefatus dominus noster volens, ut gratie per suam sanctitatem de novo concedende[a] pleniorem sortiantur effectum, omnes et singulas antelationum prerogativas super obtinendis beneficiis ecclesiasticis vigore gratiarum expectativarum seu illarum revalidationum, extensionum, specialium reservationum[b] cum quibusvis declarationibus et decretis in favorem quorumcumque etiam[c] sancte Romane ecclesie cardinalium seu aliorum officialium in precedenti constitutione expressorum[d] ac familiarium suorum continuorum commensalium etiam[e] in certis litteris[f] apostolicis seu rotulo descriptorum et ad illorum instar cum quibusvis[g] clausulis et verborum[h] expressionibus, etiam[i] motu proprio et ex[j] certa scientia ac de plenitudine potestatis[k] emanatas auctoritate apostolica et[l] ex simili scientia ac plenitudine revocavit, cassavit et annullavit illasque de cetero nemini suffragari, sed pro nullis et[m] infectis haberi voluit nulliusque roboris vel momenti tam in[n] iudicio quam extra censeri debere statuit, decrevit et declaravit ac irritum et inane[o], si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

[a] *GW 8206γ folgt* quod
[b] reservationum *GW M42608* reservationem
[c] etiam *GW M42608* et
[d] expressorum *Firenze 64* comprehensarum*; GW M42608 folgt* necnon
[e] etiam *fehlt GW 8206γ, GW M42608*
[f] litteris *Firenze 64* libris
[g] quibusvis *GW M42608* quibus
[h] verborum *Firenze 64* valorum
[i] etiam *GW 8206γ* est
[j] et ex *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611, GW M42615* de
[k] *GW M42608 folgt* seu intuitu quorumcumque regum et principum
[l] et *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[m] et *fehlt GW 8206γ*
[n] in *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208*
[o] inane *GW 8207* inanie

**150.**

Item voluit idem sanctissimus dominus noster[a], quod prefate concedende gratie tam in communi quam in speciali[b] forma sub[c] data[d] quintodecimo[e] kalendas decembris[f] pontifi-

catus sui anno undecimo[g1] alias iuxta regulas et constitutiones per suam[h] sanctitatem in[i] primordiis eius assumptionis ad summi apostolatus apicem circa expeditionem et prosecutionem gratiarum expectativarum editas expediantur et regulentur[j] et[k] quoad acceptationes, provisiones, publicationes et alias diligentias[l] in eisdem constitutionibus expressas.

[1] *1481 November 17*.

[a] noster *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615*
[b] speciali *folgt* et *GW 8206γ*
[c] sub *GW 8206γ* seu
[d] data *GW 8206γ, GW 8207-8208* datis
[e] quintodecimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615* XV
[f] decembris *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608* novembris
[g] undecimo *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* XI
[h] suam *GW 8206γ, GW M42611* suas
[i] in *fehlt Firenze 64*
[j] regulentur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615* regulantur
[k] et *Firenze 64* etiam
[l] diligentias *GW 8206γ* indulgentias

## 151.

Item idem sanctissimus dominus noster voluit[a], statuit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui suas in forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consuevit, de beneficiis ecclesiasticis litteras obtinuerint, in ipsorum assecutione beneficiorum, etiamsi cum cura aut canonicatus et prebenda[b] non tamen in metropolitanis et[c] aliis cathedralibus ecclesiis fuerint, singulis aliis ibidem beneficia ecclesiastica expectantibus et tunc beneficia, quorum fructus etc. ultra[d] decem[e] florenos auri de Camera secundum communem extimationem annuatim valeant, obtinentibus omnino preferantur.

[a] voluit *fehlt Firenze 64*
[b] prebenda *GW M42608* prebende
[c] *GW 8206γ folgt* in
[d] *GW M42608 folgt* ibidem
[e] decem *fehlt GW 8206γ*

## 152.

Item, quod in gratiis huiusmodi in communi[a] forma pauperum faciendis, si petatur, detur dispensatio super defectu natalium ad effectum gratiarum huiusmodi dumtaxat et ad omnes etiam sacros ordines, nisi cum talibus super defectu huiusmodi fuerit alias dispensatum, quod exprimi debeat, et quoad[b] obtinendum curata beneficia dispensatio super defectu etatis de tribus annis similiter detur.

[a] in communi *GW 8206γ* communi in

[b] quoad *GW 8206γ* que ad

**153.**

Item voluit, quod clausula motus proprii etiam quoad hoc, quod de obstantiis beneficialibus in gratiis expectativis et dispensationibus desuper habendis[a] mentio fieri non debeat, et alias[b] suos omnes operetur effectus, quos de iure communi operatur, aliis regulis sue sanctitatis super hoc editis non obstantibus.

Placet, publicentur et scribantur in Cancellaria[c], F‹ranciscus›[d1].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati XVII mensis novembris anno domini millesimo CCCCLXXX[e] primo, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti anno undecimo[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos[f].

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1481 November 17.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] et - habendis *fehlt GW M42608*
[b] alias *Firenze 64* alios
[c] publicentur - Cancellaria *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[d] Placet - F *fehlt GW M42615; GW M42608* Expliciunt regule nove feliciter
[e] CCCCLXXX *Firenze 64* IIII[C]LXXX
[f] Lecte - custos *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42608, GW M42611, GW M42615*

**154.**

Sanctissimus dominus noster dominus[a] Sixtus divina providentia papa quartus[b], qui in primordio assumptionis sue ad summi apostolatus apicem prelatis et personis aliis ecclesiasticis, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinebat, per quandam constitutionem in genere concessit, ut de dignitatibus et aliis beneficiis huiusmodi, que infra[c] quinquennium a die kalendis ianuarii pontificatus sui anno primo[1] computandum in quattuor mensibus cuiuslibet[d] anni tunc expressis vacare contingeret, dummodo dispositioni apostolice generaliter reservata seu ex generali reservatione affecta non forent, disponere possent, perinde[e] ac si alique a sede apostolica vel eius legatis expectative gratie aut super illis reservationes non emanarent, quinquennium predictum postmodum ad aliud quinquennium

[1] *1472 Januar 1.*

prorogavit, ne prelati et persone predicte propter gratias expectativas noviter concessas et, quas concedi contingeret in futurum, earumque extensiones, revalidationes et mutationes collationum earundem nimium graventur, constitutionem predictam innovavit et voluit observari durante quinquennio proxime futuro.

Placet, publicetur et describatur in Cancellaria apostolica, F‹ranciscus›[f2].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis XXIIII mensis ianuarii MCCCCLXXXII[g], pontificatus sanctissimi domini nostri Sixti divina providentia[h] pape quarti[i] anno undecimo[j3], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos[k].

---

[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[3] *1482 Januar 24*.
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] dominus *fehlt Firenze 64*
[b] quartus *GW 8206γ* IIII
[c] infra *GW 8206γ* intra
[d] cuiuslibet *fehlt Firenze 64*
[e] perinde *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* proinde
[f] apostolica F *fehlt Firenze 64*
[g] MCCCCLXXXII *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611; Firenze 64* MIIII[C]LXXXII
[h] sanctissimi - providentia *GW 8207-8208* etc.
[i] sanctissimi - quarti *GW 8206γ, GW M42611* etc.
[j] undecimo *GW 8206γ, GW M42608* XI
[k] Io - custos *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*

## 155.

Sanctissimus dominus noster dominus[a] Sixtus divina providentia papa quartus[b], a quo emanaverunt quedam revocationes dispensationum concessarum fratribus quarumcumque militiarum ad beneficia ecclesiastica extra eorum[c] militias et gratiarum expectativarum ac specialium reservationum etiam, in quibus continetur[d], quod ille in generalibus revocationibus huiusmodi non comprehenderentur, nisi sub certis inibi expressis modo et forma de eis earumque causis et personarum, quarum consideratione emanassent, mentio fieret[e], et[f] quevis alie clausule fortiores, quas adversus revocationem ipsam nemini voluit suffragari, publicate[g] in Cancellaria apostolica die XII mensis decembris pontificatus sui anno decimo[h1], quique[i] postmodum per aliam constitutionem suam die XXIII mensis iunii anno predicto[2] in eadem Cancellaria publicatam revocavit, omnes et singulas gratias expectativas ac reservationes speciales per sanctitatem suam vel apostolice sedis legatos eatenus concessas etiam motu proprio quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus,

---

[1] *1480 Dezember 12; = Nr. 118*.
[2] *1481 Juni 23; = Nr. 127*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

ordinis et conditionis forent[j], etiam quarum vigore illas[k] obtinentes nullum fructum[l] reportaverant, prout in illis plenius continetur, providere[m] volens, ut huiusmodi revocationes iuxta sue mentis conceptum plenum sortiantur effectum, declaravit non solum in priori, sed etiam in posteriori revocatione predicta etiam eas dispensationes ac gratias expectativas et speciales reservationes inclusas fuisse, in quarum litteris continerentur[n] predicte et illis efficaciores ac fortiores clausule derogatorie adversus revocationes huiusmodi apposite, etiam quoad effectum valide derogationis earum inibi traditam formam omnino exigere videretur et exigerent, fuisseque intentionis sanctitatis sue[o], quod huiusmodi clausule adversus etiam eandem posteriorem revocationem nemini suffragarentur, prout adversus priorem revocationem predictam ordinaverat[p] suffragari non debere, revocavit quoque eas dispensationes, que pro fratribus quarumvis militiarum ad non sue militie beneficia ecclesiastica obtinendum quomodolibet et quavis consideratione post aliam similem[q] revocationem predictam etiam motu proprio a[r] sanctitate sua vel eius auctoritate emanarunt etiam similes derogatorias in se continentes clausulas.

---

[a] dominus *fehlt GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611*
[b] quartus *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* IIII
[c] eorum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* earum
[d] continetur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* continentur
[e] fieret *GW 8207* fierit
[f] et *fehlt GW 8206γ*
[g] publicate *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* publicare
[h] decimo *GW 8206γ* X
[i] quique *GW 8206γ* quinque
[j] forent *Firenze 64* existunt
[k] illas *GW 8206γ, GW 8207-8208* illa
[l] fructum *GW 8206γ* fructuum
[m] providere *Firenze 64* provide
[n] continerentur *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* contineantur
[o] sue *GW 8206γ* seu
[p] ordinaverat *GW 8206γ* ordinuerat
[q] similem *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* similiter
[r] proprio a *GW 8206γ* pro

**156.**

Item, cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium et certo modo vacaturorum asserendo illorum[a] fructus etc. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnumquam obtineant[b] a sanctitate sua, ut valorem annuum huiusmodi augeri possint et verius exprimere in confectione litterarum super eisdem impetrationibus summa, usque ad quam valorem ipsum augere valeant, aliter non specificata, ne de virtute concessionis predicte in posterum hesitari contingat, declaravit pretextu concessionis huiusmodi valorem ipsum usque ad quartam partem valoris expressi et in

prima, que desuper fiet, litterarum expeditione dumtaxat augeri posse et eas, quas litteris expeditis cum expressione valoris specificati aut non integro augmento predicto denuo desuper expediri contingeret, litteras cum aliquo augmento valoris huiusmodi nullius esse roboris vel momenti.

Placet, publicetur et describatur[c] in Cancellaria, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis secunda mensis maii anno domini MCCCCLXXXII, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti[d] anno undecimo[e][2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos[f].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1482 Mai 2*.
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] illorum *GW 8206γ, GW 8207-8208, GW M42611* illos
[b] obtineant *GW 8206γ* obtineat
[c] describatur *Firenze 64* scribatur
[d] quarti *GW 8206γ* IIII
[e] undecimo *GW 8206γ* XI
[f] Io - custos *GW 8206γ, GW 8207-8208* Finis*; GW M42611* Registum / Regule infra mensem / Scotiam patriarchalibus / Lecta et pro quibusvis

## 157.

LIMITATIO REGULE DE OBSTANTIIS EXPRIMENDIS[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus, qui per quandam suam constitutionem[1] dudum voluit gratiarum concessiones, que a sanctitate sua emanarent cum clausula motus proprii vel per quam eadem sanctitas sua beneficia ecclesiastica obtenta per eos, quos concessiones[b] gratiarum huiusmodi concernerent ac in quibus et ad que ius eis competeret, pro expressis haberet, ob non expressionem beneficiorum[c] huiusmodi posse de intentionis[d] sue sanctitatis defectu et subreptione notarii[e] perinde, ac si clausule ipse apposite in illis non forent, prout in eadem constitutione latius continetur, provide attendens, quod expressio obtentorum beneficiorum huiusmodi tam propter eorum, quos concessiones ipse concernunt, nonnumquam a Romana curia absentiam quam alias persepe difficilis existit et exinde tam impetratio quam expeditio litterarum super concessionibus ipsis etiam pro illis, quibus sanctitas sua nonnumquam concedit, quod huiusmodi obtenta per eos beneficia ecclesiastica in confectione litterarum exprimere possint, plurimum retardatur et[f] quod ex constitutione[g] ipsa optatus

---

[1] *Vgl. oben Nr. 147*.

fructus iuxta eius tenorem provenire commode non potest, ac ex aliis rationibilibus causis mentem suam moventibus voluit constitutionem ipsam solummodo[h] quoad supplicantes sibi conferri vel commendari dignitates maiores post pontificales in metropolitanis et aliis cathedralibus ac principales in collegiatis ecclesiis et prioratus ac alias dignitates regulares conventuales ubilibet vacantes nec non quevis alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura ut vacantia in Romana curia principaliter per obitum illa obtinentium vel, si decedentibus in dicta curia commendata forent, per modum, per quem vacabant tempore facte commende huiusmodi, que tam dignitates quam alia beneficia alias eis collata aut commendata vel detineri seu litigiosa esse non affirmarent et quorum tam dignitatum[i] quam aliorum beneficiorum fructus etc., sive unum sive insimul plura essent, ad valorem quinquaginta[j] florenorum auri de Camera ascenderent, sufficere quoque ad eiusdem constitutionis in hoc derogationis[k] clausulam, quod obstantie beneficiales eorum habeantur pro expressis etiam in aliorum cumulo concessam. In reliquis vero constitutionem eandem revocavit ac decrevit clausulam, quod obstantie beneficiales exprimi possint in confectione litterarum vim opportune derogationis dicte constitutionis habere in preteritis et futuris gratiarum concessionibus quibuscumque etc.[l]

---

[a] Limitatio - exprimendis *GW M42566, GW M4256610*
[b] concessiones *Firenze 64* concessionis
[c] beneficiorum *Firenze 64* beneficii
[d] intentionis *Firenze 64* intentione
[e] notarii *GW M42566, GW M4256610* notari
[f] et *Firenze 64* eo
[g] constitutione *Firenze 64* confectione
[h] *Firenze 64 folgt* observari
[i] dignitatum *GW M42566, GW M4256610* dignitates
[j] quinquaginta *Firenze 64* L
[k] derogationis *GW M42566, GW M4256610* derogationem
[l] etc. *fehlt Firenze 64*

**158.**

Item idem sanctissimus dominus noster volens obviare fraudibus eorum, qui ad finem habendi litteras apostolicas super beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet vacantium vel certo modo vacaturorum, provisionibus, commendis seu[a] unionibus aut de providendo, commendando seu uniendo mandatis, que a sanctitate sua pro tempore emanant, non satisfacto Camere apostolice de medietate fructuum eorundem primi anni post vacationem eorum valorem[b] fructuum huiusmodi viginti quattuor[c] florenorum huiusmodi vel aliam minorem summam in florenis vel aliis equivalentibus monetis non excedere affirmant et demum in forma „Perinde valere“, facta mentione prioris concessionis vel ex integro non facta

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

mentione de illa, alias concessiones cum expressione valoris dictam summam viginti quattuor[d] excedentis a sanctitate sua super illis obtinere seu valorem ipsum per viam reformationis prioris concessionis vel alias exprimere procurant et super eisdem concessionibus gratiarum[e] cum augmento valoris huiusmodi litteras non expediunt aut expeditas in Plumbaria seu Registro litterarum apostolicarum vel dicta Camera dimittunt, ut ex eis urgente necessitate se iuvare possint, non sine Camere predicte preiudicio et onere conscientiarum eorundem, qui talia facere non verentur et ad id prestant auxilium[f], consilium vel favorem, statuit et decrevit litteras super huiusmodi concessionibus gratiarum cum expressione maioris valoris viginti quattuor[g] florenorum quovis modo obtentas[h] hactenus et quas in posterum obtinere[i] continget a sua sanctitate etiam motu proprio tam expeditas non tamen quoad dictam Cameram quam, que expedirentur in futurum, nemini suffragari posse vel debere, nisi illis utentes doceant de earundem litterarum expeditione facta quoad Cameram predictam infra quattuor pro ultramontanis et duos menses pro citramontanis a data presentium, quoad iam obtentas et quoad eas, que obtinerentur in posterum aliquo de modis predictis, gratiarum concessiones, a die date earundem[j] computandos per librum, in quo obligationes de fructibus predictis solvendis annotantur, aut cedulam manu unius notariorum dicte Camere fidem facientis de obligatione huiusmodi seu quittantiam desuper habitam a Camera predicta.

---

[a] seu *GW M42566, GW M4256610* et
[b] valorem *GW M42566* valorum*; GW M426610* valor(em)
[c] viginti quattuor *Firenze 64* XXIIII
[d] viginti quattuor *Firenze 64* XXIIII
[e] gratiarum *GW M42566, GW M4256610* gratia
[f] auxilium *fehlt GW M42566, GW M4256610*
[g] viginti quattuor *Firenze 64* XXIIII
[h] obtentas *GW M42566, GW M4256610* obtentis
[i] obtinere *Firenze 64* obtineri
[j] earundem *GW M42566, GW M4256610* eorundem

**159.**

Item idem dominus noster voluit, quod pro pauperibus clericis littere gratiarum expectativarum in communi forma expediri possint infra annum a fine anni alias eis ad id prefixi computandum et quod idem clerici tam vigore expeditarum quam earum, que expedirentur, litterarum huiusmodi in assecutione eius beneficii, quod cum cura aut canonicatus et prebenda foret et in posterum vacaret, ita demum iuxta concessionem alias eis factam per sanctitatem suam preferantur, si illius sic vacantis fructus etc. viginti[a] florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt.

Placet, publicentur et describantur[b] in Cancellaria, F‹ranciscus›[1].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte tres[c] regule, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis quinta mensis decembris anno domini MCCCCLXXXII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini[d] Sixti divina providentia pape quarti[e] anno duodecimo[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos[f].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1482 Dezember 5.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] viginti *Firenze 64* XX
[b] publicentur - describantur *GW M42566, GW M4256610* publicetur et describatur
[c] tres *fehlt GW M42566, GW M4256610*
[d] domini *fehlt GW M42566, GW M4256610*
[e] quarti *Firenze 64* IIII
[f] Io - custos *fehlt GW M42566, GW M4256610*

## Nove regule Cancellarie[a]

### 160.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus intendens, quod prelationes sive prerogative in beneficiis ecclesiasticis vigore gratiarum expectativarum assequendis iuxta personarum conditiones et merita moderentur, suorum predecessorum inherendo vestigiis statuit, decrevit et ordinavit, quod inter habentes gratias expectativas huiusmodi nobiles de ducum, marchionum et comitum genere, qui reputantur illustres, omnibus non tam nobilibus qualitercumque qualificatis in assecutione quorumcumque beneficiorum, que huiusmodi gratiarum vigore expectant, quacumque diligentia receptionis vel creationis in canonicos non obstantibus, potiores existant. Officiales vero sedis apostolice infrascripti, videlicet referendarii, protonotarii participantes, litterarum apostolicarum corrector, eiusdem sedis subdiaconi numerarii, causarum Palatii apostolici auditores, Camere apostolice[b] clerici similiter numerarii et participantes, curie causarum Camere apostolice generalis auditor, abbreviatores de parco maiori sua officia actu exercentes dumtaxat omnibus aliis qualitercumque qualificatis nobilibus vel graduatis etiam creatis vel receptis in canonicos vel diligentioribus in processu similiter preferantur. Inter eosdem vero officiales invicem concurrentes prius nominati posterius nominatis pariformiter anteferantur. Alii vero nobiles ex inferiorum nobilium genere aliis non nobilibus ac inferiorem gradum habentibus vel magistris et licentiatis in artibus preferantur. Magistri autem et baccalarii in theologia, doctores et cum rigore examinis licentiati nec non in medici-

na et in artibus, qui post susceptum gradum aliquibus annis legerint, magistri et in Hispanis etiam in altero iurium, qui in simili studio per sex annos studuerint, baccalarii omnibus aliis non sic graduatis et inter graduatos graduati in universitatibus studiorum generalium graduatis extra illas, et inter graduatos in universitatibus huiusmodi vel extra eas inter se concurrentes magis graduati minus graduatis et inter equaliter graduatos prius graduati et alias magis qualificati minus qualificatis pariter preferantur. Et inter omnes et singulos quoscumque ceteris paribus presentes in curia et, qui illam per sex menses ante vacationem beneficiorum continue secuti fuerint, absentibus ab eadem et inter presentes similiter concurrentes vel absentes inter se, non beneficiati beneficia quomodolibet obtinentibus, sue sanctitatis in libro Cancellarie apostolice non descriptis et duodecim singulorum sancte Romane ecclesie cardinalium nunc et pro tempore existentium in Romana curia residentium vel extra eam legationem fungentium per ipsos cardinales nominandis in dicto libro describendis veris familiaribus continuis commensalibus quoad premissa omnia exceptis, preferantur. Ipsi vero sic excepti, si nobiles aut graduati fuerint, quibuslibet aliis nobilibus preter ilustres predictos et quibusvis etiam graduatis in beneficiorum assecutione anteferantur quoad quos sic exceptos. Siquidem familiares sui predicti non descripti inter se vel familiares per cardinales predictos nominandi similiter inter se ipsos ab eodem vel diversis cardinalibus nominatos concurrant, antelationum prerogativas premissas observari mandavit. Si vero familiares sui non descripti cum nominandis per cardinales predictos concurrerent, nobilitatis, officiorum et gradus prerogativas predictas voluit observari[c] quibus utriumque deficientibus. Suos familiares predictos non descriptos nominatis per cardinales voluit esse potiores et, si contingeret suos non descriptos vel nominatos per cardinales duocecim familiares predictos cum aliis quam suis aut per cardinales nominatis familiaribus predictis concurrere, decrevit suos et cardinalium familiares predictos singulis predictis antelationum prerogativis, si ille in eorum personis concurrant, uti posse, quibus eis deficientibus vel ad totalem victoriam non suffragantibus, si illi, cum quibus concurrerint, nobiles de hiis, qui illustres reputantur, aut ex officialibus predictis forent, voluit tales nobiles et officiales familiaribus predictis preferri. Si vero illi, cum quibus familiares ipsi concurrerent, inferioris nobilitatis et gradus prerogativa seu altera earundem muniti forent, voluit, quod inter eos et familiares predictos ius commune servetur. Ubi autem concurrentes predicti nobilitatis et gradus huiusmodi prerogativa non iuvarentur, voluit familiares predictos suos et cardinalium concurrentibus secum etiam, qui aliis supradictis prerogativis muniti forent, potiores existere, salvis prerogativis et antelationibus per eundem sanctissimum dominum nostrum concedendis certis familiaribus suis continuis commensalibus in litteris

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

desuper conficiendis describendis, quibus per hanc constitutionem noluit in aliquo derogari.

---

[a] Nove - Cancellarie *GW M42612*
[b] apostolici *Firenze 64* apostolice
[c] observare *Firenze 64* observari

**161.**

REVOCATIO RESERVATIONUM.

Item prefatus sanctissimus dominus noster nonnullis rationabilibus causis omnes et singulas ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet speciales reservationes, uniones, annexiones et incorporationes, uniendi quoque annectendi et incorporandi mandata perpetuo vel ad tempus, que a sua sanctitate quavis etiam prelatorum, regum, reginarum, ducum et aliorum principum, universitatum studiorum et iurium ablatorum vel cessorum nec non impensorum sue sanctitati etiam pro fide catholica obsequiorum seu alia quacumque consideratione pro quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus et quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus et mundana dignitate fungentibus in quorumvis ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum commodum et favorem etiam cum motus proprii et certe scientie ac plenitudinis potestatis clausulis a sua sanctitate et apostolice sedis legatis vel alias quavis auctoritate hactenus emanaverunt, etiamsi super eisdem reservationibus specialibus adversus alias revocationes sue sanctitatis de illis generaliter factas alique revalidationes, restitutiones et reintegrationes aut quod in eisdem revocationibus iuxta mentem sue sanctitatis incluse non fuerint vel ab illis excepte per suam sanctitatem extiterint attestationes et declarationes alique ab eadem sua sanctitate similibus considerationibus et cum predictis clausulis obtente apparerent, revocavit quoad beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque sub illis comprehensa regularia etiam monasteria et secularia, etiam dignitates existentia, que de cetero a die publicationis huiusmodi sue[a] revocationis vacabunt dumtaxat, etiamsi in ipsis specialibus reservationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, mandatis, restitutionibus, revalidationibus et attestationibus contineretur, quod ille in huiusmodi generalibus revocationibus, que fierent, nullatenus includerentur, nisi de personarum, quas concernunt et quarum consideratione emanarunt, nominibus, cognominibus, dignitatibus et officiis ac causis, propter quas concesse sunt, seu quevis alia expressio individua fieret de eisdem, idque eis insinuaretur per diversas litteras sub diversis datis et earundem personarum in revocatione huiusmodi

expressus accederet assensus. Quas et quascumque alias clausulas, que ad huiusmodi effectum, quod non includerentur in huiusmodi revocationibus, in eis adiecte forent, illas hic pro insertis habens nemini voluit ullatenus suffragari, quo minus reservationes ipse etiam, super quibus declarationes et attestationes ac revalidationes huiusmodi emanassent, in presenti revocatione includerentur perinde, ac si omnia requisita ad earum revocationem iuxta earum formas et clausulas in presenti revocatione specificarentur. Decrevit quoque irritum et inane, quidquid pretextu earundem sic revocatarum scienter vel ignoranter post publicationem predictam contigerit attemptari.

---

[a] sue *Firenze 64* sive

## 162.

Item voluit et decrevit, quod constitutio sua seu regula de dispensationibus ad duo incompatibilia insimul obtinenda, que incipit „Item voluit, quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam“[1], de cetero expeditiones litterarum super ipsis dispensationibus concernere censeatur et perinde, ac si versus, alioquin in fine eiusdem constitutionis appositus non foret, possint super obtinendis incompatibilibus beneficiis littere expediri sine narratione dicte regule, dummodo iuxta ipsam regulam signatura sufficiens habeatur.

Placet et publicentur et describantur in Cancellaria, F‹ranciscus›[2].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome in Cancellaria apostolica, die martis XIIII[a] mensis ianuarii anno incarnationis dominice MCCCCLXXX secundo[b], pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini[c] Sixti divina providentia pape quarti anno duodecimo[3], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos[d].

---

[1] *Vgl. Nr. 51*.
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[3] *1483 Januar 14*.
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] XIIII *GW M42612* quartadecima
[b] incarnationis - secundo *GW M42612* a nativitate domini MCCCCLXXXIII
[c] domini *fehlt Firenze 64*
[d] Iohannesmatheus - custos *fehlt GW M42612*

---

## 163.

REVOCATIO RESERVATIONUM.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus urgentibus nonnullis rationabilibus causis omnes et singulas ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet speciales reservationes, uniones, annexiones et incorporationes, uniendi quoque annectendi et incorporandi mandata perpetuo vel ad tempus, que a sua sanctitate quavis etiam prelatorum, regum, reginarum, ducum et aliorum principum, universitatum studiorum et iurium ablatorum vel cessorum nec non impensorum sue sanctitati etiam[a] pro fide catholica obsequiorum seu alia quacumque consideratione pro quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existentibus et quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus et mundana dignitate fungentibus[b] et in quorumvis ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum commodum et favorem etiam cum motus proprii et certe scientie ac plenitudinis potestatis clausulis hactenus emanarunt a sua sanctitate et apostolice sedis legatis vel alias quavis auctoritate hactenus emanarunt, etiamsi super eisdem reservationibus specialibus adversus alias revocationes sue sanctitatis de illis generaliter factas alique revalidationes, restitutiones et reintegrationes aut quod in eisdem revocationibus iuxta mentem sue sanctitatis incluse non fuerint vel ab illis excepte per suam sanctitatem extiterint attestationes et declarationes alique ab eadem sua sanctitate similibus considerationibus et cum predictis clausulis obtente apparerent, revocavit quoad beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque sub illis comprehensa regularia etiam monasteria et secularia dignitates existentes, que de cetero a die publicationis huiusmodi sue[c] revocationis vacabunt dumtaxat, etiamsi in ipsis specialibus reservationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, mandatis, restitutionibus, revalidationibus et attestationibus contineretur, quod ille in huiusmodi generalibus revocationibus, que fierent, nullatenus includerentur, nisi de personarum, quas concernunt et quarum consideratione emanarunt, nominibus, cognominibus, dignitatibus et officiis ac causis, propter quas concesse sunt, seu quevis alia expressio individua fieret de eisdem idque eis insinuaretur per diversas litteras sub diversis datis et earundem personarum in revocatione huiusmodi expressus accederet assensus. Quas et quascumque alias clausulas, que ad huiusmodi effectum, quod non includerentur, in huiusmodi revocationibus in eis adiecte forent, illas hic pro insertis habens nemini voluit ullatenus suffragari, quo minus reservationes etiam, super quibus declarationes et attestationes ac revalidationes huiusmodi emanassent, in presenti revocatione includerentur perinde, ac si omnia requisita ad earum revocationem iuxta earum formas et clausulas in presenti revocatione specificarentur. Decrevit quoque irritum

et inane, quidquid pretextu earundem sic revocatarum scienter vel ignoranter post publicationem predictam contigerit attemptari.

Placet et describatur in Cancellaria et publicetur, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die mercurii septima mensis maii anno domini MCCCCLXXX tertio, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti anno duodecimo[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1483 Mai 7*.
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] etiam *Firenze 64* et
[b] concessiones *Firenze 64* fongentibus
[c] sue *Firenze 64* sive

**164.**

REVOCATIO RESERVATIONUM.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus urgentibus nonnullis rationabilibus causis[a] omnes et singulas ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet speciales reservationes, uniones, annexiones et incorporationes, uniendi quoque annectendi et incorporandi mandata de beneficiis sedi apostolice generaliter reservatis quoad uniones perpetuo vel ad tempus, que a sua sanctitate quavis etiam prelatorum, regum, reginarum, ducum et aliorum principum, universitatum studiorum et iurium ablatorum vel cessorum nec non impensorum sue sanctitati, etiam pro fide catholica obsequiorum seu alia quacumque consideratione pro quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existentibus et quacumque ecclesiastica, etiam cardinalatus et mundana dignitate fungentibus et in quorumvis ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, dignitatum et beneficiorum ecclesiasticorum commodum et favorem, etiam cum motus proprii et certe scientie ac plenitudinis potestatis clausulis hactenus emanarunt a sua sanctitate et apostolice sedis legatis vel aliis quavis auctoritate hactenus emanarunt, etiamsi super eisdem reservationibus specialibus adversus alias revocationes sue sanctitatis de illis generaliter factas alique revalidationes, restitutiones et reintegrationes aut quod in eisdem revocationibus iuxta mentem sue sanctitatis incluse non fuerint vel ab illis excepte per suam sanctitatem extiterint attestationes et declarationes alique ab eadem sua sanctitate similibus consideratio-

nibus et cum predictis clausulis obtente apparerent, revocavit quoad beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque sub illis comprehensa regularia etiam monasteria et secularia dignitates existentes, que de cetero a die publicationis huiusmodi sue revocationis vacabunt dumtaxat, etiamsi in ipsis specialibus reservationibus, unionibus, annexionibus et incorporationibus, mandatis, restitutionibus, revalidationibus et attestationibus contineretur, quod ille in generalibus revocationibus, que fierent, nullatenus includerentur, nisi de personarum, quas concernunt et quarum consideratione emanarunt, nominibus, cognominibus, dignitatibus et officiis ac causis, propter quas concesse sunt, seu quevis alia expressio individua fieret de eisdem idque eis insinuaretur per diversas litteras sub diversis datis et earundem personarum in revocatione huiusmodi expressus accederet assensus. Quas et quascumque alias clausulas, que ad huiusmodi effectum, quod non includerentur in huiusmodi revocationibus, in eis adiecte forent, illas hic pro insertis habens nemini voluit ullatenus suffragari, quo minus revocationes, super quibus declarationes et attestationes ac revalidationes huiusmodi emanassent, in presenti revocatione includerentur perinde, ac si omnia requisita ad eorum revocationem iuxta earum formas et clausulas in presenti revocatione specificarentur. Decrevit quoque irritum et inane, quidquid pretextu earundem sic revocatarum scienter vel ignoranter post publicationem predictam contigerit attemptari.

Placet et publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die XII mensis augusti anno domini MCCCCLXXXIII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri Sixti anno duodecimo[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1483 August 12.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] causis *Firenze 64* clausulis

**165.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus, ut ea, que per suam sanctitatem in litteris erectionis et ordinationis officii notariorum Romane curie provide statuta, decreta et ordinata fuerunt, tanto firmius observentur, quanto inter Cancellarie apostolice constitutiones et regulas plenius omnibus innotuerint, poteruntque inde illis uti volentes facilius et cum minoribus impensis probationes habe-

re, litteris ipsis in sua firmitate manentibus, aliqua ex inibi statut(a) brevius innovando statuit et ordinavit ac declaravit, quod nulla prorsus fides adhibeatur in iudicio vel extra infrascriptis scripturis videlicet in primis omnibus et singulis actibus, processibus ac sententiis quarumcumque causarum, que ex commissione apostolica in Romana curia coram quibuscumque delegatis in quibuscumque etiam in tertia instantiis, auditoribus contradictarum, Camere apostolice ac Palatii apostolici dumtaxat exceptis, factis et latis, de quibus alii notarii preter illos, qui per nos creati extiterunt, rogati fuerint, ac omnibus et singulis documentis, rogitibus et instrumentis in forma Camere super quibuscumque negotiis etiam profanis celebratis tam per dictos notarios quam etiam per alios extra eorum numerum confectis et illi vel illa in libro iuxta tempus et formam dictarum litterarum constitutum et datam non fuerint annotati et annotata, omnibus et singulis processibus pro tempore decretis super quibuscumque litteris apostolicis extra Romana curia, qui in curia decerni poterint, et etiam in ipsa curia decretis, de quibus alii quam dicte curie notarii rogati fuerint. Item omnibus et singulis instrumentis confectis per alios quam dicte curie notarios super acceptationibus et provisionibus beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet vigore gratiarum expectativarum, revalidationum, extensionum et mutationum collationum earunden, specialium reservationum, unionum, annexionum et incorporationum in dicta curia pro tempore factis et etiam super collationibus et quibusvis aliis dispositionibus, quas ordinarii collatores in dicta curia pro tempore degentes de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus in eadem curia fecerint, nec non super compositionibus, concordiis, compromissis, arbitramentis, locationibus, mandatis ad causas etiam extra dictam curiam agitandas, non tamen apud acta causarum et ad quevis negotia in curia vel extra eam exequenda nec non super quibusvis aliis conventionibus beneficia ecclesiastica et qualiacumque spiritualia et, in quibus obligatio in forma Camere adiceretur, quecumque alia etiam profana negotia concernentibus in eadem curia et locis illi vicinis infra decem miliaria et etiam ultra ubilibet in fraudem officii predicti super tractatis in curia ipsa extra illam pro tempore factis ad aliorum quorumcumque notariorum officia specialiter et sancte Romane ecclesie cardinales eorumque ecclesias, monasteria et beneficia ecclesiastica non pertinentibus, et similiter protocollis ipsorum notariorum Romane curie ac extractis ex illis per ipsos notarios de illis rogatis vel alios[a] instrumentis sive subscriptis receptorum proventuum et sigillo dicti officii et etiam instrumentis confectis in locis eiusdam curie et illi vicinis, ut prefertur, super testamentis, codicillis, donationibus causa mortis et aliis negotiis aliosque cives loci curie dumtaxat concernentibus et ad officium ipsorum notariorum Romane curie aut aliorum in eadem specialiter non pertinentibus,

quorum notas et officium eorundem notariorum Romane curie delatas et in eorum libris annotatas esse, infra mensem a die obitus testantium, codicillantium et donantium causa mortis et rogitus eorum in aliis, dum constaret, per subscriptionem receptorum prefati in illis nec non litteris, que super citationibus, monitionibus, remissionibus, compulsionibus, excommunicationibus, aggravationibus, reaggravationibus sententiis et earum executionibus, sequestris, absolutionibus et aliis quibuscumque ab ordinariis et delegatis iudicibus in dicta curia pro tempore deputatis emanant, sigillo precedente vel impresso sigillate dicti receptorum subscriptione et sigillo dicti officii carentibus et interpretatione instrumentorum et attestatione per quoscumque etiam dicti officii notarios non obtenta licentia receptoris predicti, de qua apud acta constet, per eius litteras cum sigillo dicti officii et actis ac registris causarum quarumlibet, que ex apostolica commissione in dicta curia extra tamen litterarum predictarum et Palatii apostolici Audientias ac Cameram apostolicam et causarum illius generalis auditoris curiam coram quocumque prelato vel alia persona ecclesiastica, que sancte Romane ecclesie cardinalis non existat et, si de partium consensu procedere debent et ex simili commissione vel sine coram alme Urbis gubernatore seu vicecamerario et illius auditore ac vicario nostro in spiritualibus in eadem Urbe nec non maresccallo ac soldano et anteposito Burgi Sancti Petri a die publicationis litterarum nostrarum versa fuisset, in quacumque fuisset instantia, aut in posterum verti continget, ac mandatis et patentibus litteris aliisque scripturis quibuslibet eorundem, de quibus alii quam dicte curie notarii seu ab eis ad id deputati et substituti eorum rogati non forent et apostolicis litteris ac brevibus concessionis gubernatorum castellanie, potestarie et aliorum officiariorum secularium per nos pro tempore concessorum et infirma in eis, pro quibus debita dictarum litterarum vigore dicto officio taxa soluta non constaret, nullius sit roboris vel momenti. Volumus autem predicta ad futura et quoad contenta in ipsis nostris litteris etiam ad preterita et presentia locum habere a die, qua dicte nostre littere in Cancellaria apostolica lecte fuerint.

Placet et describatur et publicetur in Cancellaria, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascipta regula, Rome in Cancellaria apostolica, VIII novembris MCCCCLXXX tertio, pontificatus prefati sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti anno tertiodecimo[2], Iohannes‹matheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1483 November 8.*

---

[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] aliis *Firenze 64* alios

## 166.

Motu proprio et ex certa scientia nostra venerabili fratri nostro Roderico episcopo Portuensi[1] sancte Romane ecclesie vicecancellario mandamus, quatenus, ut quandam regulam nuper in Cancellaria apostolica de mandato nostro publicatam pro directione officii dilectorum filiorum notariorum Romane curie in libro Cancellarie describi faciat ita, ut sicut alie regule nostre, que de dandis vocantur, incolentibus illam in iudicio vel extra in dicta curia vel etiam extra producere sub eiusdem vicecancellarii sigillo ac aliis solemnitatibus pariformiter detur, fidem faciat. Et nihilominus presens mandatum nostrum, ut omnibus innotescat, in dicta Cancellaria publicetur et in eodem libro describatur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet domino nostri pape et ita mandat. A.[2] Alexan‹drinus›[a].

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Vermutlich Johannesantonius de Sancto Georgio.*

[a] *Layoutendnote*

## 167.

Motu proprio et ex certa nostra scientia dilecto filio magristro Iohanni Prioris[1] capellano nostro causarum Camere apostolice generali auditori eiusque locumtenenti mandamus, quatenus sub excommunicationis late sententie et indignationis nostre penis, ut neminem de cetero vigore cuiusvis obligationis in forma Camere in Romana curia facte vel celebrate excommunicet, nisi primitus facta sibi fide per receptorem officii notariorum Romane curie et eius cedulam sigillo dicti officii signatam, quod huiusmodi instrumenta obligationis sint in libris dicti officii temporalis alias per constitutiones nostras statutas descripta et annotata, cuius cedule tenorem apud acta describi faciat, decernens processus et inde secuta huiusmodi non facta nullius existere roboris vel momenti. Et nihilominus volumus, ut presens nostrum mandatum in Cancellaria apostolica publicetur et describatur et indigentibus sicut regule et constitutiones nostre, que de dandis vocantur, detur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

[1] *Johannes Prioris.*

Placet domino nostro pape et ita motu proprio mandat. Alex‹andrinus›[2].

Lecta et publicata fuerunt suprascipta mandata, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati penultima mensis novembris MCCCCLXXXIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape IIII anno XIII[a3].

---

[2] *Johannesantonius de Sancto Georgio.*
[3] *1483 November 29.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 168.

REVOCATIO RESERVATIONUM ETC.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus, qui specialium reservationum, unionum, annexionum et incorporationum quarumlibet usum quampluris rationabilibus suadentibus causis semper abhorruit et sepius ab earum[a] concessione abstinere proposuit et concessas revocavit, quia variis plerumque respectibus ab earum concessione et concessarum revocatarum in pristinum vigorem restitutione et nonnumquam, quod sub revocationibus iam factis iuxta sue mentis conceptum comprehense non fuerint attestationes et declarationes, consideratis temporis et personarum conditionibus, ut desiderabat, abstinere non potuit et quandoque, quod de venerabilium fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio emanabant, quodque in eis, que fierent in posterum de specialibus reservationibus, unionibus, annexionibus et incorporationibus huiusmodi, in generalibus[b] revocationibus, modificationibus et suspensionibus non includerentur, nisi de simili consilio consistorialiter habito aut eorum, quos concernunt, expresso consensu emanarent et de ipsis specialibus reservationibus, unionibus, annexionibus et incorporationibus, restitutionibus, attestationibus et declarationibus earumque toto tenore de verbo ad verbum seu causis et personis, pro quibus et earum consideratione emanabant, nominibus, cognominibus et dignitatibus vere non autem per clausulas id importantes mentio fieret et casu, quo etiam eo modo revocarentur totiens, quotiens revocarentur, intelligerentur in pristinum statum reposite et de novo concesse, usque quo plenissimum sortirentur effectum, aliasve clausulas ad effectum, ut in eisdem revocationibus, modificationibus et suspensionibus non censerentur incluse, adiecit in suo firmo proposito predicto prorsus abstinend(i) ab earum specialium reservationum, unionum, annexionum et incorporationum concessione et concessarum restitutione revalidationum ac super illarum efficacia declaratione qualibet, ut dicere arbitratur, perseverans

omnes et singulas ecclesiarum et monasteriorum, dignitatum etiam maiorum et principalium, personatuum, administrationum et officiorum etiam curatorum et electivorum, canonicatuum et prebendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet cum cura et sine cura certorum et incertorum speciales reservationes et perpetuas et temporales uniones, annexiones, incorporationes et specialium reservationum, unionum, annexionum et incorporationum revalidationes, restitutiones, repositiones et super earum efficacia perduratione declarationes et attestationes, que etiam cum predictis et motus proprii ac certe scientie, plenitudinis quoque potestatis ac aliis quibuslibet etiam efficacioribus et apponi insolitis eas in presenti constitutione includi impedientibus clausulis pro quibusvis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existentibus et quacumque dignitate ecclesiastica etiam cardinalatus et mundana ac illustri prefulgentibus, capitulis communitatibus, confraternitatibus et universitatibus ac ecclesiis, monasteriis, mensis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis et beneficiis quavis etiam impensorum nobis et apostolice sedi obsequiorum, etiam pro fide catholica aut passorum et pro illa et sedi apostolice[c] damnorum et studiorum, principum et prelatorum ac iurium cessorum vel ablatorum aut tenuitatis proventuum ecclesiasticorum ecclesiarum, mensarum etiam patriarchalium et archiepiscopalium, monasteriorum, dignitatum et aliorum cum cura et sine cura beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet secularium et regularium consideratione qualibet[d] hactenus a sua sanctitate et dicte sedis legatis et nuntiis eorum legationis vel specialis facultatis auctoritate quomodolibet et de fratrum predictorum consilio emanarunt, sive per easdem uniones, annexiones et incorporationes unum vel plura alteri sive duo vel plura monasteria, dignitates et alia beneficia ecclesiastica invicem uniantur, annectentur et incorporantur aut uniri, annecti et incorporari mandentur, quoad comprehensa sub illis regularia, que etiam monasteria, et secularia, que etiam dignitates post pontificales maiores et quevis alia maiora et minora cum cura et sine cura sint, beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque et in futurum vacare aut illa sic unita, annexa et incorporata possidentibus, cedentibus vel decedentibus seu alias quomodolibet per eos dimitti contigerit et in quibus uniones, annexiones et incorporationes alieque habere et concessiones huiusmodi effectum vere sortite hactenus non sunt, ex simili scientia et de eorundam fratrum consilio penitus et omnino revocavit et voluit eas pro non concessis et infectis haberi ac nemini in posterum suffragari unionibus, annexionibus et incorporationibus predictis quoad beneficia ecclesiastica quecumque dispositioni apostolice generaliter non reservata aut ex generali reservatione vel alias non affecta nec non specialibus reservationibus, que per Cancellariam apostolicam expediri consueverunt et quatenus reservationum specialium

appellatione comprehendi pretenderentur, concessis regressibus ad quevis beneficia ecclesiastica et coadiutoribus provisionibus et mandatis de providendo de beneficiis ecclesiasticis, in quorum regimine coadiutores dati sunt, dumtaxat exceptis et in sua fimitate remanentibus. Decrevit quoque irritum et inane, quidquid secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet motu proprio et describatur, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati XIIII mensis februarii MCCCCLXXXIIII, anno XIII[2].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1484 Februar 14.*

---

[a] earum *Firenze 64* eorum
[b] generalibus *Firenze 64* genere
[c] apostolice *Firenze 64* apostolica
[d] qualibet *Firenze 64* quolibet

**169.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus nonnullorum scrupulosam ambiguitatem submovere volens decrevit sancte Romane ecclesie cardinales recuperande sanitatis, recreationis aut pestis occasione sive alias pro libito voluntatis a loco Romane curie ad quevis alia loca quantumcumque distantia secedentes durante absentia huiusmodi de cetero quoad beneficiorum ecclesiasticorum ad eorum collationem ratione titulorum suorum pertinentia et consensus prestationem in expeditione litterarum super provisione beneficiorum vacantium pro tempore per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem et perceptionem emolumentorum quorumlibet, que presentes percipere soliti sunt, ac alia quecumque iura et privilegia eorum, dummodo obtenta licentia sue sanctitatis secedant, per sex menses pro presentibus in curia haberi et reputari debere ac irritum et inane, quidquid secus in posterum contigerit attemptari.

Placet et publicetur et describatur, F‹ranciscus›[1].

Lecta et publicata fuit suprascripta regula, Rome in Cancellaria apostolica, die martis XVII februarii MCCCCLXXXIIII[a], pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno XIII[2], Iohannes‹matheus› de Calandrinis[3].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

[2] *1484 Februar 17.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] MCCCCLXXXIIII *Firenze 64* MIIII[C]LXXXIIII

**170.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus, qui dudum per quandam suam constitutionem commoran(tes) cum nonnullis prelatis in Palatio suo residentibus et quibusdam familiaribus suis continuis commensalibus nec non cantores capellanos in capella sua, qui pro tempore forent, veros et indubitatos familiares suos semper fuisse et esse decrevit pariter et declaravit et tam illos quam alios familiares suos continuos commensales in certis litteris apostolicis tunc expressis non descriptos nonnullis tunc expressis antelationum prerogativis in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum eis per suam sanctitatem pro tempore concessarum ducerent acceptanda potiri et gaudere voluit ac demum intendens ad novarum gratiarum expectativarum concessionem devenire concessas usque tunc gratias expectativas et antelationum prerogativas illos quomodolibet concernentes per aliam constitutionem suam revocavit et ad aliarum novarum gratiarum expectativarum concessionem processit ac in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum sub illis comprehensorum familiares suos continuos commensales quibusdam antelationum prerogativis tunc expressis per aliam suam constitutionem potiri et gaudere debere decrevit. Quia a nonnullis revocatur in dubium, an prior constitutio sua predicta in ea parte, in qua sanctitas sua per illam declarat commorantes cum prelatis predictis in Palatio prefato residentibus et familiaribus continuis commensalibus sue sanctitatis ac cantores capellanos predictos esse suos veros et indubitatos familiares continuos commensales, fuerit per aliam suam revocatoriam constitutionem predictam revocata et an commorantes cum prelatis et familiaribus suis continuis commensalibus predictis ac cantores capellani prefati familiares continui commensales sue sanctitatis existant et in posteriori nova constitutione predicta prerogativante familiares suos continuos commensales, ut prefertur, sint inclusi et familiarium suorum continuorum commensalium appellatione comprehendatur. Ad huiusmodi ambiguitatem submovendum declaravit priorem constitutionem predictam in ea parte, in qua sanctitas sua per illam declaravit commorantes cum dictis prelatis et familiaribus suis continuis commensalibus ac cantores capellanos predictos esse suos veros familiares continuos commensales non fuisse per posteriores constitutiones suas predictas ullatenus revocatam et ipsos commorantes cum prelatis, qui in Palatio predicto pro tempore residentiam fecerunt et de presenti faciunt, et familiaribus suis continuis commensalibus ac cantores

capellanos iuxta suam priorem in dicta priori constitutione contentam declarationem predictam semper fuisse hactenus et nunc esse ac in futurum esse debere veros et indubitatos familiares suos continuos commensales et in dicta sua constitutione prerogativante suos continuos commensales et quibusvis aliis constitutionibus et dispositionibus ac litteris suis de familiaribus continuis commensalibus sue sanctitatis mentionem quomodolibet facientibus appellatione familiarium suorum continuorum commensalium inclusos hactenus extitisse et in futurum includi debere et sic per quoscumque auditores et iudices in quavis causa mota et pendente in quacumque etiam appellationis prime et ulterioris instantie et movenda inter quoscumque interpretari, iudicari et sententiari debere, sublata eis et cuilibet eorum quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ac irritum et inane, si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, decrevit.

Placet et describatur et publicetur, F‹ranciscus›[a1].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] *Layoutendnote*

**171.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa IIII, qui in expectativis, specialibus reservationibus earumque revalidationibus, extensionibus et mutationibus collationum earundem, unionibus quoque annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, extimationibus, erectionibus et appellationibus, aliisve gratiis ad beneficia ecclesiastica certa vel incerta nondum vacantia, que a sanctitate sua hactenus emanarunt et pro tempore emanant etiam motu proprio et ex certa scientia, nonnumquam importunitate petentium aut per preoccupationem vel alias concessit et concedit, quod ille sortiantur et sortiri possint effectum in beneficiis ecclesiasticis sub illis alias comprehendentibus, que per cessum vel decessum possessorum eorundem seu alias quomodolibet etiam apud sedem apostolicam postmodum dimitti contingerit, cum ex concessionibus ipsis, si passim et indistincte intelligantur, etiamsi in illis beneficiis, de quibus sic apud sedem ipsam dimissis pro tempore per suam sanctitatem disponitur, tam illa obtinentium in dimittendo metu, ut deveniant ad habendum huiusmodi concessiones, quam sue sanctitatis in disponendo de eis, in quibus pleniorem habet potestatem, libertas nimium restringatur preter mentem sue sanctitatis. Ut huiusmodi mens et intentio plenius innotescat, declarat intentionis sue sanctitatis esse huiusmodi concessiones illis, quos concernunt et

concernent in posterum, quoad beneficia ecclesiastica qualiacumque in posterum pro tempore apud sedem prefatam sic, ut prefertur, dimittenda presertim in manibus suis, de quibus per sanctitatem suam post eorum dimissionem huiusmodi in posterum disponi aut disponi mandari continget quomodolibet, nullatenus suffragari in posterum posse vel debere et omnes huiusmodi concessiones, etiamsi motu proprio et ex certa scientia et quavis specialissima consideratione ac pro quibusvis personis quantumcumque sibi gratis et acceptis et quacumque dignitate etiam cardinalatus et auctoritate fungentibus emanarent in posterum, sic de beneficiis ipsis disponendo vel disponi mandando vel concedendo quoad huiusmodi dispositionum effectum suspendere et illas in ea communi clausula litterarum dispositionum earundem, que incipit „Et qualibet alia dicte sedis indulgentia“ etc. seu „Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis“ etc. concessionibus ipsis quoad effectum dispositionum earundem derogando includere. Decrevit quoque irritum et inane, quidquid secus contingeret attemptari.

Placet, publicetur et describatur, F‹ranciscus›[1].

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome in Cancellaria apostolica, die martis XXIIII februarii MCCCCLXXXXIIII[a], pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno XIII[2], Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos.

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1484 Februar 24.*
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] MCCCCLXXXXIIII *Firenze 64* MIIII[C]LXXXXIIII

## 172.

REVOCATIO RESERVATIONUM ET FACULTATUM ETC.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa quartus, a quo dudum emanavit constitutio revocatoria specialium reservationum et unionum non sortitarum effectum die sabbati XIIII februarii anni MCCCCLXXXIIII pontificatus sui anno XIII[1] in Cancellaria apostolica publicata, intendens effectum earum, que post ipsius constitutionis publicationem huiusmodi emanarunt, specialium reservationum et unionum, annexionum et incorporationum et revocatarum per eum in pristinum statum repositionum et declarationum super earum efficacia et non inclusione in constitutione predicta obviare, constitutionem ipsam iuxta illius tenorem de verbo ad verbum, quem hic vo-

luit pro expresso haberi, cum irritanti decreto ac omnibus aliis eius clausulis innovavit et innovando similem penitus illi, que in eadem constitutione continetur, revocationem fecit illamque ad nominandi et nominandis[a] conferendi facultates quibusvis prelatis ecclesiasticis per suam sanctitatem etiam cum clausulis expressis in dicta constitutione concessas extendit et in illis locum habere voluit quoad ea, in quibus facultates ipse nominandi et nominandis conferendi effectum sortite non sunt.

[1] *1484 Februar 14; = Nr. 149*.

[a] nominandis *Firenze 64* nominatis

**173.**

Item prefatus sanctissimus dominus noster intendens exactionibus, quas sua sanctitas non sine displicentia fieri intellexit, per officiales Romane curie, qui constitutis eis emolumentis pro exercitio officiorum, que obtinent, non contenti ultra illa a prosequentibus negotiorum quorumlibet expeditionem in eadem exigere non verentur, obviare volens districte precipiendo inhibuit omnibus et singulis quevis officia in eadem curia obtinentibus, ne de cetero quidquid pretextu officiorum, que obtinent, quovis colore etiam celerioris expeditionis ultra emolumenta huiusmodi exigere aut etiam a sponte solventibus recipere seu ad hunc effectum expeditionem eorum, que eis incumbunt, malitiose differre presumant, sub excommunicationis late sententie illius absolutione preterquam in mortis articulo sibi retenta et preter illam suspensionis a perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre et pro secunda ad annum ac pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint, penis eo ipso, cum contrafecerint, incurrendis ac voluit tam solventes quam scientes et non revelantes simililem excommunicationis sententiam incurrere quodque sancte Romane ecclesie vicecancellarius, camerarius et maior penitentiarius excedentes ipsos respective, prout eis subsunt, et per substractionem proventuum eorundem ac alias compellant ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere faciantque et mandent excedentibus penis predictis irretitos publice nuntiari.

Placet et publicentur et describantur in Cancellaria.

Lecte et publicate fuerunt suprascripte regule, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis VIII iulii[a] MCCCCLXXXIIII, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri anno XIII[1].

[1] *1484 Juli 8. 1484 war nicht der 8. Juni, sondern der 8. Juli ein Donnerstag.*

[a] iulii *Firenze 64* iunii

**174.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Sixtus divina providentia papa IIII, qui dudum nonnullis familiaribus suis continuis commensalibus in certis suis litteris apostolicis nominatis descriptis, inter quos Gabriel de Sclafanatis[1] primo descriptus reperitur, quasdam certi tenoris antelationum prerogativas in assecutione quorumcumque beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum eis concessarum et concedendarum ac illarum revalidationum, extensionum, ampliationum et mutationum collationum acceptarent et de quibus sibi provideri facerent, motu proprio et ex certa scientia sub certis modo et forma gratiose concessit, prout in eisdem litteris plenius continetur, cupiens nonnullos alios veros et immediatos familiares continuos commensales sanctitatis sue et prelatorum in Palatio apostolico residentium ac predictorum et quorumvis aliorum familiarium suorum continuorum commensalium obsequiis iugiter insistentes nec non cantores capellanos suos pro meritis specialibus attolli prerogativis voluit, decrevit et ordinavit eisque veris et immediatis familiaribus suis continuis commensalibus et illorum ac prelatorum predictorum obsequiis insistentibus, quos etiam sua sanctitas veros et indubitatos familiares continuos commensales suos esse declaravit, et cantoribus capellanis prefatis presentibus et futuris concessit, quod ipsi deinceps in assecutione quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum, que in futurum vacabunt et vigore gratiarum eis concessarum et concedendarum huiusmodi ac illarum revalidationum, extensionum, ampliationum et collationum mutationum duxerint acceptanda et de quibus sibi provideri obtinuerint, eisdem prorsus antelationum prerogativis, decretis, ordinationibus, concessionibus, declarationibus, derogationibus, cassationibus, mandatis, exceptionibus, suspensionibus, privilegiis, favoribus, gratiis et indultis per eum ipsis familiaribus descriptis in simili beneficiorum assecutione concessis et concedendis et quibus ipsi familiares descripti utuntur, potuntur et gaudent ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum non ad ipsorum descriptorum instar, sed pariformiter et absque ulla differentia sine tamen eorum descriptorum et de magno nobilium genere procreatorum, qui reputantur illustres, ac referendariorum suorum, litterarum apostolicarum correctoris ac causarum sacri Palatii auditorum et eorundem auditorum locumtenentium, abbreviatorum de maiori parco sua officia[a] actu exercentium preiudicio quoad primas eorum gratias dumtaxat uti, potiri et gaudere ac omnibus illis, etiam similes vel

[1] *Gabriel de Sclafanatis*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

maiores antelationum prerogativas habentibus, quibus ipsi descripti familiares predicti anteferuntur, immediate anteferri possint et debeant ipseque antelationum prerogative eis suffragentur in omnibus et per omnia perinde, ac si ab initio in eisdem litteris nominatim et descripti fuissent, quos etiam eorum nomina, cognomina et qualitates pro expressis habendo per hanc constitutionem pariformiter descripsit eorundemque descriptorum numero immediate aggregavit et pro veris descriptis et aggregatis deinceps haberi et reputari ipsosque familiares immediatos ac illorum et prelatorum obsequiis insistentes et cantores capellanos predictos in assecutione beneficiorum huiusmodi vigore primarum gratiarum eis concessarum dumtaxat eisdem familiaribus primo descriptis et illustribus, referendariis, correctore et auditoribus ac eorum locumtenentibus[b], abbreviatoribus de parco maiori quoad secundas et ulteriores gratias ac quarumcumque gratiarum huiusmodi revalidationes, restitutiones et reintegrationes per sanctitatem suam eis quomodolibet concessas et concedendas voluit penitus et omnino anteferri. Voluit quoque sanctitas sua, quod omnes et singuli, qui suis immediate vel mediate insistentes obsequiis in prima eorundem familiarium descriptorum cum dicto Gabriele descriptione vere et actualiter descripti non leguntur, sed alia quavis consideratione illis aggregari et inter eos seu cum eis describi et suos familiares continuos commensales vere descriptos decerni et declarari et quibusvis antelationum prerogativis muniri, ‹que› hactenus obtinuissent seu in posterum obtinerent, quoad dictos familiares continuos commensales suos et prelatorum familiarium familiares et cantores capellanos predictis antelationum prerogativis gaudere nullatenus valeant, litteris ipsis dictis descriptis ac quibusvis similibus vel maioribus antelationum prerogativis descriptionibus, aggregationibus et declarationibus quibuscumque aliis suis familiaribus et personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, preeminentie vel excellentie existant, ex quavis causa vel consideratione concessis et concedendis, illarum omnium tenores, ac si in presenti constitutione de verbo ad verbum insererentur, pro expressis habens, quatenus voluntati huiusmodi contrariantur, expresse derogando ac decrevit irritum et inane, quidquid secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet, describatur et publicetur in Cancellaria, F‹ranciscus›[2].

Lecta die sabbati XXIIII iulii anno domini MCCCCLXXXIIII, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti anno XIII[3].

---

[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[3] *1484 Juli 24; vgl. oben Nr. 122.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] officia *Firenze 64* beneficia
[b] locumtenentibus *Firenze 64* locatenentibus

## Extravaganten

### 175.

***BL 2825**, fol. 224r-224v; **BL 2850**, fol. 209r-210r; **VL 3833**, fol. 62r-62v; **VL 6343** fol. 199v-200r; **Druck:** TANGL, KO S. 193-195 Nr. 49 (nach BL 2825); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 31 Nr. 128.*

CONSTITUTIO CIRCA REGISTRATORES ET MAGISTROS SUPPLICATIONUM[a].

Cum, sicut frequentibus et presertim clericorum pauperum querelis ac etiam proborum virorum fidedignis relatibus didicimus, ita iam scriptorum registri supplicationum per nos seu de mandato nostro signatarum excrevit insolentia, ut licet contra vetitum supplicationes eis ad registrandum distributas cum quinternis sibi assignatis pro celeriori, ut extimari possit, expeditione ad domos proprias publice deferant registrandas, tamen[b] illas per tres et plerumque quattuor, quinque, sex et plures interdum dies, aliqui videlicet ex eis desidia et negligentia, aliqui vero dolo et malitia differunt registrare nec non eas quibuslibet in dicto registro et extra publicant et ostendunt ac[c] a dicto registro, plusquam deceret, se absentant et, cum partes ipse conqueruntur, superbe respondent et sic auscultatores magistri nuncupati eiusdem registri copiarum commodis defraudantur ac ipse partes plurimis afficiuntur damnis, laboribus et expensis. Nos igitur in premissis opportune providere volentes, motu proprio et ex certa scientia omnes et singulos scriptores predictos sub excommunicationis pena, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, monemus, quatenus de cetero supplicationes prefatas in registro dumtaxat loco quidem publico et ad hoc deputato registrent nec extra exportent, publicent vel ostendant et supplicationes sibi una die per clericos ipsius registri distributas ultra duos dies sequentes registrare non differant nec mercedem aliam quam consuetam directe vel indirecte a quoquam exigant, falcem quoque in aliis dicti registri officiis nullatenus imponant. Et si forsan ipsi scriptores huiusmodi excommunicationis sententiam, a qua nisi a Romano pontifice absolvi posse nolumus, per XV[d] dies, postquam illam incurrerint, animo, quod absit, sustinuerint indurato, elapsis XV diebus prefatis eorum officiis decernimus esse ipso facto privatos eaque vacare et per alios libere posse impetrari. Ad convincendum autem scriptores predictos de non registratura supplicationum, ut premittitur, prefatarum, ita quod alio probationis adminiculo opus non sit, sufficere volumus libros[e] predicti registri. Preterea, ut equa[f] supplicationum registrandarum huiusmodi inter ipsos scriptores distributio fiat et commoditatem

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

habeant registrandi, mandamus auscultatoribus sive magistris antedictis, quatenus per ipsos clericos eisdem scriptoribus supplicationes prefatas non per denarium tantum, sed eum numerum, qui attentis signaturis et frequentia supplicationum sit accomodus, et equaliter maioribus scilicet supplicationibus cum minoribus compensatis, distribui nec non registrum predictum bona hora de mane et post prandium aperiri et apertum per tempus congruum et ipsis scriptoribus competens teneri faciant et procurent, quodque ipsi auscultatores in auscultandis supplicationibus prefatis et circa illarum expeditionem, postquam registrate fuerint, sint intenti ac congruo et sufficienti tempore in ipso registro presentes existant, ita quod nulla propter eorum absentiam dictis scriptoribus relinquatur excusatio, quod huiusmodi supplicationes tempore ordinato non fuerint expedite.

Fiat motu proprio et ex certa scientia de omnibus et ita mandamus et decernimus et publicetur et describatur in Cancellaria, F‹ranciscus[g]›.

Et quod mandatum seu constitutio huiusmodi valeat et duret in perpetuum.
Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat absque alia desuper[h] confectione litterarum.

Fiat, ut supra, F‹ranciscus›[i1].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, quinto idus[j] ianuarii anno primo[k2].

Lecta et publicata fuit prescripta supplicatio sive constitutio, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati XIIII mensis martii MCCCCLXXI, indictione IIII, ab incarnatione, pontificatus domini Sixti pape IIII anno primo[3], G‹regorius› de Puteo[4], etiam lecta in Audientia, die XVIIII mensis martii MCCCCLXXII[5], M‹arinus›[6] auditor[l].

---

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[2] *1472 Januar 9*.
[3] *1472 März 14*.
[4] *Gregorius de Puteo.*
[5] *1472 März 19*.
[6] *Marinus de Ursinis.*

---

[a] Constitutio - supplicationum *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Contra supplicationum registratores*; VL 3883* Contra errores scriptorum registri supplicationum infra notatas
[b] tamen *BL 2850, VL 6343* tam
[c] *BL 2825, BL 2850 folgt* se
[d] XV *BL 2850* quindecim
[e] libros *BL 2850, VL 6343* libro
[f] equa *VL 6343* equam
[g] Fiat - Franciscus *fehlt VL 3883*
[h] desuper *fehlt BL 2850*
[i] Fiat - Franciscus *fehlt VL 3883*
[j] idus *VL 6343* kalendas
[k] Datum - primo *fehlt BL 2850, VL 3883*

[l] Lecta - auditor *fehlt BL 2850, VL 3883*

## 176.

***BL 2825**, fol. 225r; **VL 6343**, fol. 200v.*

MANDATUM, QUOD REVOCATIO LITTERARUM CALIXTI SUPER QUARTA FUNERALIUM DESCRIBATUR IN QUINTERNO CANCELLARIE[a].

Motu proprio constitutionem felicis recordationis Calixti pape III predecessoris nostri super quarta funeralium et aliis, ad que tenentur fratres ordinum mendicantium, in quinterno Cancellarie apostolice registratam, que incipit „Calixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Licet immeriti vices geramus in terris[1]", et illius confirmationem[b] a recordatissime Paulo papa II etiam predecessore nostro desuper emanatam[c] ac litteras executoriales per eundem Calixtum predecessorem desuper concessas, que omnia nuper per quasdam nostras litteras ex certis rationabilibus causis revocavimus, de eodem quinterno et registro litterarum apostolicarum, in quibus registrate sunt, per presidentes tam Cancellarie quam registro predictis cassari et penitus aboleri ac easdem nostras litteras revocatorias in dicto quinterno registrari et describi et exinde litteras duplicari, que ultra decem[d] grossos non taxentur, pro quocumque petente per eandem Cancellariam expediri mandamus. Fiat, F‹ranciscus›[2].

Placet motu proprio et ita mandamus, F‹ranciscus›.

---

[1] = *Calixt III. Nr. 126.*
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] Mandatur - Cancellarie *VL 6343*
[b] *BL 2825, VL 6343 folgt* que
[c] emanatam *BL 2825 korrigiert in* emanavit*; VL 6343* emanavit
[d] decem *VL 6343* X

## 177.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825**, fol. 225r-226v; **VL 6343**, fol. 200v-202r.*

REVOCATIO LITTERARUM CALIXTI SUPER QUARTA FUNERALIUM IN FAVOREM FRATRUM MENDICANTIUM[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quia in futurorum eventibus sic humana fallitur incertitudo iudicii, ut, quod coniectura probabili et interdum attenta consideratione utile et ad pacem et quietem tendere videbatur reperiri damnosum

ac iurgiis et dissensionibus plenum, quandoque contingat, non debet reprehensibile iudicii, si Romanus pontifex, que a predecessoribus suis ex causis verisimiliter probabilibus sunt, statuta cognito, quod ex eis dissentiones et iurgia inter personas quaslibet presertim ecclesiasticas oriantur, ne noxe graviores exitusque peiores inde prodeant, revocat et annullat ac in statum pristinum reduxit, prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem, postquam felicis recordationis Bonifatius papa VIII predecessor noster nonnullis discordiis, que inter prelatos et parochialium ecclesiarum rectores et ordinum mendicantium fratres per diversas mundi provincias constitutos exorte erant, sua, que incipit „Super cathedram“[1], constitutionem finem imponere curaverat fueratque constitutio predicta per pie memorie Clementem papam V etiam predecessorem nostrum in concilio Viennensi innovata ac per pie memorie Iohannem XXII similiter predecessorem nostrum ad heremitarum sancti Augustini et beate Marie de Monte Carmelo ordinum professores extensa, nonnulli alii Romani pontifices etiam predecessores nostri, ut omnem inter fratros et prelatos ac rectores prefatos contentionis occasionem de medio submoverent, dictorum mendicantium ordinum professoribus tam in genere quam in specie ex diversis rationabilibus causis varia privilegia adversus constitutionis predicte tenorem et super illius declaratione et interpretatione concesserint et deinde pie memorie Calixto papa III etiam predecessore nostro per nonnullos episcopos aliosque superiores prelatos nec non parochialium ecclesiarum rectores exposito, quod aliqui dictorum fratrum se specialiter, que ab ipsa sede in eorum favorem adversus constitutionem eandem emanasse asserebant, privilegiorum, concessionum et indultorum pretextu, ne ad dicte constitutionis observantiam compelli possent, tuebantur in eorundem conquerentium et parochialium ecclesiarum preiudicium et gravamen, variaque preterea inter eosdem prelatos, rectores et sacerdotes ac fratres iurgia, contentiones et scandala exorta erant et oriebantur in dies, quibus obviaretur, si predicta constitutio observaretur, et per eandem Calixtum predecessorem accepto, quod a nonnullis ex ipsis prelatis, rectoribus, curatis et sacerdotibus contra tenorem prefate constitutionis dictis fratribus graves iniurie et molestie inferebantur, idem Calixtus predecessor cupiens huiusmodi iurgiis, contentionibus et scandalis obviare, constitutionem et illius innovationem et extensionem predictas iuxta illarum seriem et continentiam in omnibus et per omnia servari debere statuit et ordinavit ac quecumque privilegia, concessiones et indulta, si qua a quibusvis Romanis pontificibus predecessoribus suis adversus constitutionem et innovationem ac declarationem predictas sub quacumque verborum forma et

[1] *Extravag. com. 3.6.2 = Clem. 3.7.2.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

cum quibusvis irritantibus decretis et talibus, quod eis per quasvis alias litteras apostolicas etiam facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de illorum totali[b] tenore mentionem aut aliis similis effectus vel maioris cautele derogatoriis clausulis qualitercumque derogari nequiret, sive motu proprio sive quovis respectu pro quibusvis ordinibus seu eorum domibus et locis in genere vel specie emanassent, illorum usus quantumcumque continuata possessione nullatenus obsistente cassavit, revocavit et annullavit ac decrevit nullius esse roboris vel momenti, prout in eisdem privilegiis et quibusdam litteris ipsius Calixti predecessoris super statuto et revocatione huiusmodi confectis et libris Cancellarie apostolice de illius mandato descriptis plenius continetur. Cum autem, sicut experientia efficax rerum magistra postmodum monstravit, et nos ipsi tunc temporis in minoribus constituti, dum generalatus ordinis fratrum minorum fungebamur officio, vidimus ex ipsius Calixti predecessoris litteris et privilegiorum revocatione preter ipsius Calixti predecessoris intentum quamplurima iurgia, lites, dissensiones et scandala exorta varieque appellationes pro eorundem fratrum parte ad sedem apostolicam interposite et querele delate fuerint ac propterea idem predecessor sancteque Romane ecclesie vicecancellario et in litterarum apostolicarum expeditione assistentibus abbreviatoribus, ne dictarum litterarum copiam cuiquam traderent, inhibuerit, dubiteturque verisimiliter, quod, nisi littere predicte Calixti predecessoris prefati revocentur, exinde in dies sint maiora scandala proventura, nos quarumcumque causarum premissarum occasione et dependentium ab eisdem tam in Romana curia quam extra eam pendentium[c] coram quibuscumque iudicibus tam ordinariis quam a sede apostolica vel alias delegatis in quacumque instantia etiam appellationis, status iudicum et collitigantium nomina et cognomina dignitates presentibus pro expressis habentes illasque ad nos harum serie advocantes et litem penitus extinguentes ac volentes huiusmodi contentionibus, discordiis et scandalis, quantum possumus, obviare motu proprio non ad ipsorum fratrum vel alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate eiusdem Calixti predecessoris litteras predictas et in eis contentam privilegiorum, concessionum et indultorum huiusmodi revocationem et, si que desuper ab aliis predecessoribus nostris eiusdemque Calixti successoribus Romanis pontificibus approbationes emanarunt, auctoritate apostolica presentium tenore ex certa nostra scientia revocamus, cassamus, irritamus et annullamus et de libris ac registris quibuslibet deleri mandamus ac privilegia, concessiones et indulta predicta illa omnia, qualiacumque sint, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro expressis habentes in suos[d] plenum et pristinum robur[e] nec non prefatos fratres mendicantes, quibus concessa sunt, in genere vel in specie quoad illorum totalem in preteritis, presentibus et futuris

negotiis consequendum effectum in pristinum et eum statum, in quo videlicet erant, antequam littere Calixti et revocatio huiusmodi quomodolibet emanarent, plenarie restituimus, reponimus et reintegrimus, decernentes ea omnia in suis prioribus viribus et efficacia fore et effectum etiam quoad preterita etiam pro appellatione pendentia negotia sortiri debere in omnibus et per omnia perinde, ac si prefate littere Calixti predecessoris et in illis contenta revocatio predicta nullatenus emanassent, nec non irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contra illa attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari. Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Bessarioni[2] Sabinenesi minorum et Guilielmo[3] Ostinensi heremitarum sancti Augustini et beate Marie de Monte Carmelo ac Alanus[4] Prenestrino predicatorum episcopis ordinum predictorum nunc et pro tempore existentibus protectoribus in Romana curia sancte Romane ecclesie cardinalibus per apostolica scripta mandamus, quatenus quilibet eorum per se vel alium seu alios premissa, ubi et quando opus fuerit ipsique desuper fuerint requisiti, solemniter publicans et ordini sue protectioni commisso ac illius prefessoribus in premissis efficacis defensionis presidio assistens faciat eos pacifice possessione vel quasi exemptionum et privilegiorum predictorum gaudere, non permittens eos contra illorum aut cuiuslibet eorum tenorem per locorum ordinarios et parochialium ecclesiarum rectores ac quoscumque alios indebite molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo ac legitimis super hiis habendis servatis processibus eos, quotiens opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procuret, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus pie memorie Bonifatii pape VIII etiam predecessoris nostri et aliis apostolicis constitutionibus, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali[5] ac aliis apostolicis constitutionibus contrariis quibuscumque seu, si locorum ordinariis et parochialium ecclesiarum rectoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede prefata indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel

[2] *Bessarion.*
[3] *Guillaume d'Estouteville.*
[4] *Alanus de Coëtivy.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam huiusmodi dictis protectoribus facte commissionis explicatio impediri possit quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre advocationis, extinctionis, voluntatis, revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, mandati, restitutionis, repositionis, reintegrationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo primo[f], septimo idus decembris pontificatus nostri anno primo[6].

T. de Ianua[7].

---

[5] *7. Dekret von Konzils von Vienne = COD S. 363f.*
[6] *1471 Dezember 7*.
[7] *T. de Ianua.*

---

[a] Revocatio - mendicantium *VL 6343; BL 2825* Pro fratribus mendicantium contra prelatos et ecclesias
[b] totali *VL 6343* tali
[c] ab eisdem - pendentium *fehlt VL 6343*
[d] suos *VL 6343* suum
[e] robur *fehlt VL 6343*
[f] millesimo - primo *VL 6343* MCCCCLXXI

## 178.

***Bl 2825**, fol. 227v (verblasst); **VL 6343,** fol. 202r.*

QUOD MONIALES FRATRUM ORDINUM *(!)* CARMELITARUM NOMINENTUR SICUT ALIE MONIALES ORDINUM APPROBATORUM ET QUALITER ORDO IPSE DEBEAT NOMINARI[a].

Motu proprio etc. ad obstruendum ora obloqui volentium statuimus et ordinamus, quod ordo beate Marie de Monte Carmeli deinceps ordo gloriosissime Dei genitricis semperque virginis Marie tantum sicut hactenus nuncupetur et intituletur ac venerabili fratri nostro episcopo Albanensi[1] sancte Romane ecclesie vicecancellario et Cancellarie apostolice ac aliis quibuscumque officialibus, ad quos spectat et pertinet, mandamus, quatenus in quinterno Cancellarie apostolice et alias, ubicumque opus fuerit, verba huiusmodi „Beate Marie de Monte Carmeli“ cassent et omittant et illorum loco verba ipsa gloriosissime Dei genitricis semperque virginis Marie de Monte Carmeli[b] apponant et conscribant ac habeant moniales dicti ordinis gloriosissime Dei genitricis semperque virginis Marie pro ordine approbato sicut illius fratres et inter ordines approbatos connumerent quodque de cetero in lit-

teris apostolicis clausula „Monialium ipsius ordinis gloriosissime Dei genitricis semperque virginis Marie de Monte Carmeli“ illa videlicet per hoc autem non intendimus modum vivendi earundem etc. in aliquo approbare aut alia consilimis non apponatur, sed littere ipse ubique sicut pro aliis ordinibus approbatis perpetuis futuris temporibus expediantur, volumus et mandamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat, ut petitur, F‹ranciscus›[2].

| | |
|---|---|
| Et cum statuto, ordinatione et mandato predictis, dummodo ipse moniales sint professe ordinem approbatum per sedem apostolicam.<br>Et quod presens mandatum in libro seu quinterno Cancellarie apostolice describatur. | Fiat F‹ranciscus›. |

Datum Rome apud Sanctum Petrum, sexto nonas iulii anno sexto[3].

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV*.
[3] *1477 Juli 2*.

---

[a] Quod - nominari *VL 6343; BL 2825 (verblasst)* [...] moniales sui ordinis [...] approbati ordinis sicut fratres dicti ordinis
[b] cassent - Carmeli *fehlt VL 6343*

## 179.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825**, fol. 228r-228v (= a), fol. 229v-230v (= b), fol. 234r-234v (= c); **BL 2850**, fol. 210r-210v; **VL 6343**, fol. 202r-203r (= a), fol. 203v-204v (= b), fol. 207r-207v (= c).*

REVOCATIO[a] FACULTATUM NUNTIIS APOSTOLICIS CONCESSARUM[b].

| *(a)* | *(b)* | *(c)* |
|---|---|---|

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta nonnumquam ea, que certis rationabilibus suadentibus causis indulsit, ex[c] aliis non minus ponderandis conditionibus revocat, prout varietatibus temporum et locorum ac personarum conditionibus diligenter attentis id conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem nobis certis[d] suadentibus causis tam nonnullos venerabiles fratres nostros archiepiscopos, episcopos ac alios ecclesiarum prelatos quam diversas alias personas ecclesiasticas etiam cum potestate legati de latere nuntios et commissarios[e] ad diversas mundi partes pro nonnullis nostris et dicte[f] sedis[g] etiam arduis negotiis

cum plurimarum et diversarum facultatum, quibus se erga personas partium illarum redderent gratiosos[h], litteris sub diversis datis et tenoribus successive duximus auctoritate apostolica destinandos[i]. Cum autem causis, propter quas eis facultates huiusmodi concessimus, sit fere iam sufficienter satisfactum[j], ex non minus ponderandis rationibus honori[k] eiusdem sedis expediat, quod nuntii et commissarii[l] prefati de cetero huiusmodi facultatibus non utantur, etiamsi causis concessionum earundem plene satisfactum non foret. Nos super hiis, prout nostro incumbit officio, opportune providere volentes omnes et singulas litteras ac in eis contentas facultates, quorumcumque tenorum existant, quas, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro expressis haberi volumus, tempore pontificatus nostri nuntiis et commissariis[m] predictis, cuiuscumque etiam dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint et quacumque alia quam cardinalatus[n] dignitate prefulgeant, per nos sub quibusvis datis etiam motu proprio et ex certa scientia hactenus concessas - litteris, privilegiis ac facultatibus in eis comprehensis circa principale negotium, propter quod quilibet ipsorum missus existit[o], ipsis concessis dumtaxat exceptis, quibus per presentes derogare non intendimus -, ex nunc harum serie auctoritate apostolica[p] revocamus, cassamus, irritamus et annullamus ac pro nullis et non concessis haberi volumus, districtius inhibentes eisdem nuntiis et commissariis[q], ne post duos menses a die publicationis presentium in Cancellaria apostolica ac Audientia contradictarum litteris ac facultatibus eis concessis et revocatis huiusmodi uti quoquo modo presumant, ac decernentes per quascumque litteras et concessiones, quas super mensium huiusmodi prorogatione aut dictarum revocatarum facultatum usu a nobis etiam motu proprio et[r] ex certa scientia et cum quibusvis clausulis etiam[s] derogatoriarum derogatoriis fortioribus et efficacioribus emanare contingeret[t], per quas presentibus derogari videretur seu derogaretur, expresse presentibus[u] litteris et revocationi non censeri derogatum et nostre intentionis existere eisdem presentibus nullatenus derogare, nisi in eis presentes littere vere et specifice non autem per clausulas, que id importare viderentur, sint inserte[v] sicque per quoscumque interpretari debere, sublata eis quavis aliter interpretandi facultate et auctoritate, necnon ex nunc irritum et inane, quidquid contra revocationem, cassationem, irritationem et annullationem nostras huiusmodi post dictos duos menses scienter vel ignoranter per nuntios et commissarios[w] predictos in vim et facultatem litterarum revocatoriarum aut, que ad illarum corroborationem et usum in posterum a nobis emanarent, huiusmodi fieri, concedi ac per personas quaslibet ab eis obtineri aut quoscumque alios secus super hiis contigerit attemptari[x]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, voluntatis[y], inhibitionis et constitutionis[z] infringere vel

ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[aa]. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo

| | | |
|---|---|---|
| sexto[bb], octavo[cc] kalendas decembris pontificatus nostri anno sexto[1]. | sexto[dd], pridie kalendas februarii pontificatus nostri[ee] anno sexto[2]. | septimo[ff], duodecimo kalendas novembris pontificatus nostri[gg] anno septimo[3]. |
| L‹eonardus› Grifus[hh4]. | De curia. D. de Rubeis[5]. | De curia. N‹icolaus› de Benzis[6]. |
| Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, die vicesima sexta[ii] novembris anno domini MCCCCLXXVI, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti anno[jj] sexto[7], et in Audientia contradictarum, die, mense, anno[kk] et pontificatu quibus supra, C.[8] auditor. | Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica presens bulla sive revocatio, die sabbati prima mensis februarii MCCCCLXXVI, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti anno sexto[9], et in Audientia contradictarum, die IIII mensis februarii anno et pontificatu[10] quibus supra, C.[11] auditor. Walterus[12]. | Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis vicesima tertia[ll] mensis octobris anno domini MCCCCLXXVII[mm], pontificatus sanctissimi in Christo patris et[nn] domini nostri domini Sixti pape quarti[oo] anno septimo[13], et in Audientia contradictarum, die sabbati XXV[pp] anno, mense et pontificatu[14] quibus supra, R‹ainaldus› de Ursinis[15] auditor. |

[1] *1476 November 24.*
[2] *1477 Januar 31.*
[3] *1477 Oktober 20.*
[4] *Leonardus Grifus*
[5] *D. de Rubeis.*
[6] *Nicolaus de Benziis.*
[7] *1476 November 26.*
[8] *C.*
[9] *1477 Februar 1.*
[10] *1477 Februar 4.*
[11] *C.*
[12] *Walterus de Aggere.*
[13] *1477 Oktober 3.*
[14] *1477 Oktober 25.*
[15] *Rainaldus de Ursinis*

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[16] custos.

---

[16] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Revocatio *BL 2825(b), VL 6343(b)* Alia revocatio
[b] Revocatio - concessarum *BL 2825(a+b), BL 2850, VL 6343(a+b); BL 2825(c)* Revocatio facultatum nuntiorum*; VL 6343(c)* Alia revocatio facultatum*; BL 2825(c) am linken Rand neben dem Datum* Nota, hec est bulla revocationis, que [secundum] mandatum retroscriptum mandatur dari sub data currenti
[c] ex *fehlt BL 2825(c), VL 6343(c); BL 2825(b), VL 6343(b)* et
[d] nobis certis *BL 2825(a), VL 6343(a)* certis nobis tunc
[e] *BL 2825(b+c), VL 6343(b+c) folgt* ac fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum collectores
[f] et dicte *fehlt BL 2825(b+c), VL 6343(b+c)*
[g] *BL 2825(b+c), VL 6343(b) folgt* et Camere predictorum*; VL 6343 folgt* et Camere predictarum
[h] gratiosos *BL 2825(b), VL 6343(b+c)* gratiosas
[i] *BL 2825(b), VL 6343(b+c) folgt* seu etiam deputandos
[j] *BL 2825(b+c), VL 6343(b+c) folgt* et
[k] honori *BL 2850, VL 6343(a)* honore
[l] *BL 2825(b+c), VL 6343(b+c) folgt* ac collectores
[m] *BL 2825(b+c), VL 6343(b+c) folgt* ac collectoribus
[n] quam cardinalatus *fehlt BL 2850*
[o] existit *BL 2825(b+c), VL 6343(b)* extitit
[p] apostolica *BL 2825(b), VL 6343(b)* predicta
[q] *BL 2825(b+c), VL 6343(b)* ac collectoribus nec non per ipsos collectores fructuum et proventuum huiusmodi deputatis subcollectoribus
[r] et *BL 2850, VL 6343(a)* aut
[s] etiam *fehlt BL 2850, VL 6343(a)*
[t] contingeret *BL 2825(b+c), VL 6343(b)* contigerit
[u] derogari - presentibus *fehlt VL 6343(b)*
[v] inserte *BL 2825(a)* incerte*; BL 2825(c) folgt* et in Cancellaria et Audientia predictis derogatio huiusmodi fuerit publicata
[w] *BL 2825(b+c), VL 6343(b) folgt* ac collectores et subcollectores
[x] *BL 2825(c) folgt* Et insuper volumus, quod presentium transsumpto manu alicuius notarii publici ac sigillo alicuius curie episcopalis munito perinde firmiter stetur et plena fides adhibeatur, ac si presentes littere originales exhibite essent pariter et ostense
[y] voluntatis *BL 2825(b), VL 6343(b)* et
[z] et constitutionis *fehlt BL 2825(b), VL 6343(b)*
[aa] prefulgeant - incursurum *VL 6343(c)* etc. prout in alia revo‹ca›tione dicti domini Sixti IIII descripta superius fol. *** *(Lücke von ca. 1 cm);* hoc - incursurum *BL 2825(b+c), BL 2850, VL 6343(a+b)* etc.
[bb] millesimo - sexto *BL 2850* 1476*; VL 6343(a)* MCCCCLXXVI
[cc] octavo *BL 2850* 8°
[dd] millesimo - sexto *VL 6343(b)* MCCCCLXXVI
[ee] pontificatus nostri *fehlt VL 6343(b)*
[ff] millesimo - septimo *VL 6343(c)* 1477
[gg] pontificatus nostri *fehlt VL 6343(c)*
[hh] L. Grifus *fehlt VL 6343(a)*
[ii] vicesima sexta *VL 6343(a)* XXVI
[jj] pape - anno *fehlt VL 6343(a)*
[kk] anno *fehlt VL 6343(a)*
[ll] vicesima tertia *VL 6343(c)* 23
[mm] MCCCCLXXVII *VL 6343(c)* 1477
[nn] in - et *fehlt VL 6343(c)*
[oo] quarti *VL 6343* IIII
[pp] XXV *VL 6343* 25

## 180.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825**, fol. 232v-233v; **VL 6343**, fol. 206r-207r.*

REVOCATIO INDULGENTIARUM ETIAM PER MODUM IUBILEI CONCESSARUM QUOAD CASUS APOSTOLICE SEDI RESERVATOS[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quia plerumque contingit, quod pastoralis officii plena vigiliis et laboribus anxia sollicitudo et cura perpetua certis de causis, quas legitimas esse arbitratur, nonnulla concedit, que ab illis, quibus concessa sunt, profusius et indecentius exponuntur. Idcirco non debet reprehensibile videri, si huiusmodi concessiones ad rectitudinis tramitem eiusdem pastoralis officii sollicitudine revocantur. Sane temporibus retroactis universorum christifidelium salutem intensis desideriis affectantes cupientesque gregem dominicum, cuius curam meritis licet insufficientibus gerimus, elargitione thesauri spiritualis Deo reddere acceptabilem nonnullas indulgentias plenarias et iubileum partim motu proprio, partim ad supplicationem et intuitum[b] diversorum principum et privatorum ac aliarum ecclesiasticarum personarum in quavis dignitate constitutarum, universitatum quoque et aliarum nobilium personarum in diversis mundi partibus tum perpetuo, tum etiam ad certa tempora inibi expressa duraturas et in litteris indulgentiarum et iubilei huiusmodi ac etiam separatim deputandi certos confessores, qui confluentium pro ipsis indulgentiis consequendis personarum confessiones audire et eas in quibuscumque etiam simoniace, iniectionis manuum in ecclesiasticos et aliis similibus casibus presertim sedi apostolice specialiter reservatis absolvere, beneficia ecclesiastica, que simoniace acquisiverant, eis de novo conferre, super quibuscumque irregularitatibus etiam qualitercumque contractis dispensare et habilitare ac ab excommunicatione etiam ad partis instantiam absolvere, vota peregrinationis et alia quecumque commutare et nonnulla alia facere valerent necnon ut infirmi aut quacumque[c] ex causa impediti, qui loca indulgentiarum et iubilei huiusmodi deputata non visitarent, dummodo ipsi vel alii, qui non venirent, si tantum, quantum accessuri exponerent, in itinere mitterent aut certum, quod solverent, eandem indulgentiam et iubileum, ac si personaliter accessissent, consequi possent, facultatem, auctoritatem et gratiam concessimus, prout in singulis litteris indulgentiarum, iubilei et concessionum huiusmodi, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Verum, sicut multorum fidedignorum testimonio accepimus, nonnulli, quibus concessiones huiusmodi date sunt, in premissis ab intentione nostra pluriumum recesserunt, alii in questus proprios converterunt, alii thesaurum eis creditum prodigaliter effunderunt in suarum animarum periculum, malum exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quod, aliquando predecessores nostri Romani pontifices nonnulla sibi et successoribus specialiter reservarunt, ut clavium potestas maiori

haberetur veneratione et ne facilitas venie peccandi preberet audacia, ex premissis et certis aliis ex causis animum nostrum moventibus ac alias de premissis plenius informati motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex nostra mera voluntate et matura deliberatione predictas ac omnes et singulas facultates, gratias et concessiones quascumque, quorumcumque tenorum et conditionum existant et sub quibusvis verborum formis comprehendantur, per nos in litteris indulgentiarum seu iubilei vel seorsum circa premissa quomodocumque concessas, etiamsi de illis earumque totis tenoribus presentibus specialis et non alias mentio habenda foret, auctoritate apostolica tenore presentium et ex certa scientia revocamus, cassamus et annullamus nulliusque roboris vel momenti omnino fore decernimus et declaramus, districtius inhibentes omnibus et singulis personis tam religiosis quam secularibus, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis fuerint, sub pena excommunicationis, quam contrafacientes incurrere volumus eo ipso, ne facultatibus huiusmodi de cetero uti presumant. Volumus tamen, quod indulgentiis ipsis et iubileis in suo robore permantentibus confessores ad audiendam confessiones pro tempore in illis deputati in aliis casibus preterquam in apostolice sedi reservatis personas confluentes huiusmodi absolvere possint alias iuxta tenorem litterarum predictarum, decernentes ex nunc irritum et inane, quidquid per quoscumque quavis auctoritate contra presentes fieri contigerit seu etiam quomodolibet attemptari, et, ne aliquis de presentium ignorantia se excusare possit, volumus, ut presentes littere in Audientia litterarum contradictarum legantur et in Cancellaria apostolica inter extravagantes ad omnium notitiam publicentur et fideliter describantur nec non transsumpto earundem manu notarii publici ac sigillo alicuius curie episcopalis sigillato perinde stetur et fides plenaria adhibeatur, ac si eedem presentes[d] littere exhibite essent vel ostense. Nulli ergo etc. nostre revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis, declarationis, inhibitionis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo[e], idus octobris[f] pontificatus nostri anno septimo[1].

De curia.

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla in Cancellaria apostolica, die iovis XVI mensis octobris anno domini MCCCCLXXVII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti pape quarti[g] anno septimo[2], et in Audientia contradictarum, die veneris

---

[1] *1477 Oktober 15.*
[2] *1477 Oktober 16.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

XVII anno, mense et pontificatu quibus supra[3], R‹ainaldus› de Ursinis[4] auditor. Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[5] custos.

---

[3] *1477 Oktober 17*.
[4] *Rainaldus de Ursinis.*
[5] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Revocatio - reservatos *VL 6343; BL 2825* Revocatio indulgentiarum
[b] et intuitum *VL 6343* intuitu
[c] quacumque *BL 2825* quarumcumque
[d] presentes *fehlt VL 6343*
[e] millesimo - septimo *VL 6343* MCCCCLXXVII
[f] idus octobris *fehlt VL 6343*
[g] quarti *VL 6343* IIII

## 181.

***BL 2825**, fol. 233v; **VL 6343**, fol. 207r.*

MANDATUM DE CORRIGENDO NOMEN DIOCESIS[a].

Beatissime pater. Nuper vacante parochiali ecclesia sancti Forliniati supra Medium Xanctonensis[1] diocesis per obitum illius ultimi possessoris extra Romanam curiam defuncti sanctitas vestra de illa sic vacante[b] cuidam Iohanni Tarditi[c] concessit provideri, qui[d] concessionem huiusmodi gratie litteris non confectis in manibus sanctitatis vestre cessit, et sanctitas vestra cessione huiusmodi admissa de dicta ecclesia, ut premittitur, vacante[e] cuidam Dionisio Guermondo asserto clerico Parisiensis[2] diocesis provideri mandavit, prout in litteris etc. plenius continetur. Et quia, pater sancte, propter non bonam informationem in litteris desuper confectis expressum extitit, quod dictus Dionisius Guermondus erat Parisiensis diocesis, quamvis sit Senonensis[3] diocesis, idcirco dignetur sanctitas vestra litteras ipsas super[f] dicta provisione confectas loco Parisiensis corrigi et[g] poni Senonensis diocesis ac etiam[h] in registro litterarum apostolicarum corrigi mandare dignemini misericorditer de gratia speciali, in contrarium facien(tibus) non obstantibus quibuscumque.

Placet domino nostro pape, Pe‹trus›[4] cardinalis Tirasonensis[5].

---

[1] *Saintes, Poitou-Charentes, Frankreich*.
[2] *Paris, Île-de-France, Frankreich*.
[3] *Sens, Burgund, Frankreich*.
[4] *Petrus Ferrici*.
[5] *Das Mandat kann aufgrund seiner Lage im Kanzleibuch auf 1477 Oktober 17-21 datiert werden.*

---

[a] Mandatum - diocesis *BL 2825, VL 6343; BL 2825 am linken Rand* Pro scriptore
[b] de illa sic vacante *fehlt BL 2825*
[c] *VL 6343* Traditi
[d] qui *fehlt BL 2825*
[e] de dicta - vacante *fehlt BL 2825*

[f] super *BL 2825* desuper
[g] corrigi et *fehlt BL 2825*
[h] ac etiam *fehlt BL 2825*

## 182.

***BL 2825**, fol. 234v-235r; **BL 2850**, fol. 213r-213v; **VL 6343**, fol. 207v-208r;* ***Regest:*** *Hofmann, Forschungen 2 S. 36 Nr. 154.*

Ordinatio camerarii et vicecancellarii inter thesaurarium et clericos Camere et abbreviatores maioris presidentie et scriptores apostolicos super litteris apostolicis gratis expediendis et iocalibus non solvendis[a].

Guilielmus[1] miseratione divina episcopus Ostiensis sanctissimi domini nostri pape camerarius et Rodericus[2] eadem miseratione episcopus Portuensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendis patribus et venerabilibus viris sanctissimi domini nostri pape generali thesaurario et apostolice Camere clericis numerariis, litterarum apostolicarum abbreviatoribus et scriptoribus aliisque Cancellarie apostolice officialibus, salutem in Domino. Exorte inter vos controversie super expeditione litterarum, per quas prefatus sanctissimus dominus noster voluit, quod pro thesaurario generali et clericis Camere apostolice numerariis pro tempore existentibus eorumque nepotibus et duobus familiaribus et eorum quolibet littere apostolice gratis ubique etiam in officio abbreviatorum expedirentur, finem imponentes vestro ad hoc accedente consensu volumus, quod pro vobis et pro tempore existentibus thesaurario et clericis etiam ad maiores dignitates a tempore expeditionis dictarum litterarum pro tempore evectis ac in Romana curia actu residentibus, qui ex concessione felicis recordationis Eugenii pape IIII pari quo clerici privilegio funguntur, littere apostolice tam gratiam quam iustitiam concernentes gratis ubique etiam in officio abbreviatorum expediantur et per rescribendarium pro tempore existentem hiis verbis videlicet „Gratis pro thesaurario generali domini nostri pape“ seu „clerico Camere apostolice numerario“ seu „clerico Camere apostolice promoto“ signantur. Quo vero ad nepotes et familiares vestros concessos vobis privilegio predicto, cui sponte iam renuntiastis, minime gaudeatis et versa vice, quod abbreviatores maioris presidentie et scriptores prefati, dum contingeret eos, se ad solutionem annatarum pro beneficiis ecclesiasticis in Camera predicta obligare aut factarum obligationum huiusmodi quietationes habere seu aliquam gratiam, cuius ratione personis ipsius Camere iocalia deberentur obtinere, duos grossos cum dimidio pro eisdem

[1] *Guilielmus de Estoutevilla.*
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

obligationibus ad iura thesaurario predicto solvi solita pro quietationibus et iocalia predicta pro aliis gratiis huiusmodi solvere minime teneantur et ab onerum huiusmodi solutione sint penitus exempti sicque per utramque partem perpetuis futuris temporibus observetur et, ne de hiis hesitari contingat, has nostras litteras manu nostra subscriptas et nostrorum sigillorum appensione munitas in Camere et Cancellarie predictarum quinternis et libris authenticis registrari mandamus. Datum Rome in domibus nostrarum solitarum residentiarum, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo[b], mensis novembris die VIII, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia[c] pape quarti[d] anno septimo[3].

G‹uilielmus› cardinalis Rothomagensis manu propria.

Ego R‹odericus› episcopus Portuensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius subscripsi.

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos.

---

[3] *1477 November 8.*
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Ordinatio - solvendis *BL 2850, VL 6343*
[b] millesimo - septimo *BL 2850, VL 6343* 1477
[c] divina providentia *fehlt BL 2850, VL 6343*
[d] quarti *VL 6343* IIII

## 183.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; *BL 2825*, *fol. 235r (= a), fol. 239v-240r (= b);* *BL 2850*, *fol. 213v-214v (= a), fol. 220r-220v (= b);* *VL 6343*, *fol. 208r-208v (= a), fol. 212v (= b);* *GW M42430*, *GW M42435*.**

REVOCATIO RESERVATIONUM ET GRATIARUM EXPECTATIVARUM QUOAD BENEFICIA RESERVATA[a].

| | |
|---|---|
| *BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a).* | *BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b), GW M42430, GW M42435.* |

Sixtus episcopus[b] servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quoniam experimento didicimus, quod per importunitatem[c] precum instantium a nobis et[d] nonnullis predecessoribus nostris Romanis pontificibus in plerisque[e] patriarchalibus, metropolitanis, aliis cathedralibus et collegiatis ecclesiis per orbem diffusis super reservationibus specialibus nec non collationibus, provisionibus et providendi mandatis tam de dignitatibus post pontificales maioribus sive principalibus quam[f] aliis[g] etiam dispositioni apostolice[h] reservatis canonicatibus, prebendis, personatibus, administrationibus et officiis in eisdem seu monasteriis, prioratibus, prepositurís, prepositatibus atque aliis secularibus et regularibus beneficiis et officiis ecclesiasticis cum cura et sine cura seu[i] xenodochiis[j], hospitalibus et[k] piis locis

vacaturis ambitiosi quamplurimum[l] contra[m] nostra et sacrorum canonum instituta diversas apostolicas litteras impetrarunt, et ex earum multitudine ecclesie et monasteria predicta plurimum gravata esse noscuntur, dignis vero et benemeritis personis ad obtinendum beneficia huiusmodi precluditur via, contentionesque propterea lites et scandala[n] non quidem exigua provenerunt[o] et maiora exinde[p] proventura esse verisimiliter formidantur. Nos, qui dudum per aliam nostram constitutionem sive regulam in libro Cancellarie apostolice descriptam[1] quascumque expectativas[q] gratias ac speciales reservationes, uniones quoque et[r] de conferendo sive uniendo mandata de quibusvis dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis dispositioni apostolice generaliter reservatis nec non litteras desuper confectas[s] et inde secuta motu proprio et ex certa scientia quoad reservata predicta auctoritate apostolica revocavimus, cassavimus et annullavimus, prout in illa plenius continetur, multorum super hoc querelis pulsati incommodis et detrimentis huiusmodi obviare et[t], que poscentium[u] importunitate a nobis extorte sunt, ad rectitudinis semitam iustitia suadente reducere ac in melius reformare volentes et pro[v] ipsius nostre constitutionis observantia nostreque mentis testimonio presentes adicere[w] motu et scientia similibus omnes et singulas reservationes[x] speciales ac facultates[y] de sic reservatis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et[z] prebendis, monasteriis, prioratibus, prepositturis et aliis quibusvis secularibus et regularibus cum cura et sine cura beneficiis ecclesiasticis, cuiuscumque qualitatis vel conditionis fuerint, quomodolibet vacaturis nec non gratias expectativas in eo dumtaxat, quo ille ad beneficia reservata huiusmodi se extendunt, ac etiam conferendi vel providendi mandata et concessiones etiam[aa] sancte Romane ecclesie cardinalibus ac aliis[bb] personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis[cc] vel conditionis fuerint, per nos aut predecessores predictos ex quavis causa etiam in recompensam vel ad effectum unionum eorundem[dd] quomodolibet factas seu concessas ac litteras apostolicas sub quacumque forma vel expressione verborum et cum motus[ee] et scientie sive aliis efficacissimis et insolitis[ff] et revocatoriis et urgentibus clausulis irritantibusque decretis, etiam cum ipsius constitutionis expressa derogatione confectas, que effectum sortite non sunt et quarum omnium tenores[gg] presentibus haberi volumus pro expressis, ac processus habitos per easdem[hh] auctoritate prefata tenore presentium revocamus, cassamus, irritamus[ii] et annullamus nec non illa ac[jj] quecumque forsan in posterum contra presentes litteras etiam dictis cardinalibus concedi contingerit[kk], cassa, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti esse[ll] decernimus et pariter declaramus, non obstantibus reservationi-

[1] = *Nr. 175.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

bus seu reservandi et conferendi mandatis ac litteris super[mm] eis et expectativis predictis confectis, etiamsi de eis ipsarumque totis tenoribus individua seu specialis nec non personarum, quibus concesse sunt[nn], nominibus, cognominibus et qualitatibus mentio in presentibus habenda esset, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassationis, irritationis, annullationis[oo], constitutionis, declarationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[pp].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo

| | |
|---|---|
| septimo[qq], tertio decimo kalendas februarii pontificatus nostri anno septimo[rr2].<br>De curia, S. de Serrano[ss3]. | octavo[tt], decimo kalendas februarii pontificatus nostri anno octavo[4].<br>De curia, L‹eobrunus› de Fulgineo[uu5]. |

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica,

| | |
|---|---|
| die sabbati vicesima tertia[vv] mensis ianuarii anno domini millesimo CCCCLXXVII[ww] pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti[xx] anno septimo[6], et in Audientia contradictarum die XXIIII[yy] ianuarii[zz], anno et pontificatu quibus supra[7], G. de Magistris[8] locumtenens[aaa], | die martis XVI[bbb] mensis februarii anno domini MCCCCLXXVIII[ccc], pontificatus prefati sanctissimi domini nostri domini nostri Sixti anno octavo[9], |

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[10] custos[ddd].

---

[2] *1478 Januar 23*.
[3] *Leobrinus de Fulgineo*.
[4] *1479 Januar 23*.
[5] *Leobrunus de Fulgineo*.
[6] *1478 Januar 23.*
[7] *1478 Januar 24.*
[8] *G. de Magistris*.
[9] *1479 Februar 16*.
[10] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Revocatio - reservata *BL 2850(a), VL 6343(a); BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)* Revocatio unionum et reservationum
[b] episcopus *fehlt GW M42435*
[c] importunitatem *BL 2850(a+b), VL 6343(a+b)* importunam
[d] et *fehlt GW M42435*
[e] *GW M42430 folgt* in
[f] quam *fehlt VL 6343(a); GW M42430* quibusvis
[g] aliis *fehlt BL 2850(a)*

---

[h] dispositioni apostolice *BL 2825(a+b), GW M42430, GW M42435* dispositionibus apostolicis
[i] seu *fehlt GW M42430, GW M42435*
[j] xenodochiis *BL 2825 (a+b), GW M42435* zenodochiis
[k] et *GW M42430* ex
[l] quamplurimum *BL 2850(a), VL 6343(a)* quamplurimi
[m] contra *GW M42430* contraire
[n] scandala *GW M42430* scandula
[o] provenerunt *GW M42430* pervenerunt
[p] maiora exinde *GW M42430* maiori existentia
[q] expectativas *GW M42430* expectivas
[r] et *fehlt BL 2825(b)*
[s] litteras – confectas *GW M42435* litteris - confectis
[t] et *fehlt GW M42430*
[u] poscentium *GW M42430* postentium
[v] pro *GW M42430* prout
[w] adicere *GW M42430* adducere
[x] reservationes *GW M42430* reservationum
[y] facultates *fehlt BL 2850(a), VL 6343(a)*
[z] canonicatibus et *BL 2825(b), GW M42430*, *GW M42435* et canonicatibus
[aa] etiam *GW M42430* et
[bb] et concessiones - aliis *BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a)* quibusvis
[cc] ordinis *GW M42430* ordis
[dd] eorundem *GW M42435* earundem
[ee] motus *GW M42430* nnotus *(!)*
[ff] et insolitis *GW M42435* ut in solitis
[gg] tenores *GW M42430* tenorem
[hh] easdem *GW M42435* eosdem
[ii] cassamus irritamus *fehlt GW M42435*
[jj] ac *GW M42435* ad
[kk] nec non illa - contingerit *BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a)* ac
[ll] esse *fehlt GW M42430*
[mm] super *BL 2850(a), VL 6343(a)* desuper
[nn] sunt *fehlt BL 2850(a)*
[oo] annullationis *VL 6343(a)* annullationibus
[pp] provisionibus et providendi mandatis - incursurum *BL 2850(b), VL 6343(b)* etc. prout in alia revocatione Sixti pape IIII habita superius fol. *** *(Lücke)*
[qq] millesimo - septimo *BL 2850(a), VL 6343(a)* 1477
[rr] septimo *BL 2850(a)* 7
[ss] De curia / S. de Serrano *BL 2825(a) am linken Rand untereinander; fehlt BL 2825(b), BL 2850(a), VL 6343(a)*
[tt] millesimo - octavo *BL 2850(b), VL 6343(b)* 1478
[uu] De - Fulgineo *fehlt BL 2825(b), VL 6343(b); GW M42430* Hec copia concordat cum originali
[vv] vicesima tertia *BL 2850(a), VL 6343(a)* 23
[ww] millesimo CCCCLXXVII *BL 2850(a), VL 6343(a)* 1477
[xx] quarti *VL 6343(a)* IIII
[yy] XXIIII *BL 2825(a) in* XXVIII *verschlimmbessert*
[zz] ianuarii *BL 2850(a), VL 6343(a)* mensis predicti
[aaa] G. - locumtenens *fehlt BL 2850(a), VL 6343(a)*
[bbb] XVI *BL 2850(b), VL 6343(b)* 16
[ccc] MCCCCLXXVIII *BL 2850(b), VL 6343(b)* 1478
[ddd] Lecta - custos *fehlt GW M42430, GW M42435*

## 184.

***BL 2825**, fol. 237r; **BL 2850**, fol. 216r-216v; **VL 6343**, fol. 209v-210r.*

MANDATUM DE EXPEDIENDO LITTERAS APOSTOLICAS SUPER REVOCATIONE FACULTATUM NUNTIIS APOSTOLICIS CONCESSARUM ET IN QUINTERNO CANCELLARIE APOSTOLICE DESCRIPTARUM SUB DATA CURRENTI[a].

Motu proprio et ex certa scientia litteras apostolicas, que incipiunt „Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta[b]", super revocatione facultatum nuntiis et commissariis ac collectoribus fructuum etc. Camere apostolice debitorum a nobis concessarum sub data videlicet duodecimo kalendas novembris pontificatus nostri anno septimo[1] in quaterno[c] Cancellarie apostolice descriptas pro volentibus illas de novo expedire sub data currenti, qua quomodolibet quilibet illarum expeditionem procurans indigebit, etiam per eandem Cancellariam per illius presidentes expediri mandamus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Placet et ita mandamus, F‹ranciscus›[2].

---

[1] *1477 Oktober 21.*
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] Mandatum - currenti *BL 2825, BL 2850, VL 6343*
[b] providentia circumspecta *BL 2850* circumspecta providentia
[c] quaterno *BL 2850* quinterno

## 185.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825****, fol. 237v-238v;* ***BL 2850****, fol. 216v-218r;* ***VL 6343****, fol. 210r-211r.*

REVOCATIO LITTERARUM SIXTI PAPE IIII CONCESSARUM SUPER IMPETRATIONIBUS BENEFICIORUM IN DOMINIO DUCIS MEDIOLANI[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Etsi Romanus pontifex, ad cuius tribunal ex universis mundi partibus negotiorum multitudo confluit, curis[b] innumeris continue circumseptus nonnulla interdum ex aliquibus causis concedat et disponat, que cedunt in alterius detrimentum, non debet reprehensibile iudicari, si illa ex aliis rationabilibus et urgentibus causis quandocumque revocat et annullat ac ad debitum statum reducit, maxime cum rerum et temporum qualitate pensata id in Domino salubriter expedire cognoscit. Dudum siquidem a nobis emanarunt littere subsequentes:
„Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Regimini universalis ecclesie disponente Domino presidentes iuxta pastoralis officii debitum quieti et paci omnium et presertim ecclesiasticarum personarum libenter intendimus et pro removendis scandalis et litibus, que verisimiliter oriri possent, apostolice sollicitudinis adhibemus

remedium. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli ad certa beneficia ecclesiastica in dominio quondam Galeazi Marie[1] ducis Mediolani consistentia et per nos seu per illorum ordinarios collatores contemplatione eiusdem ducis diversis personis ex illorum vacationibus collata seu de illis provideri concessa, prout in nostris desuper confectis litteris et[c] huiusmodi ordinariorum ac supplicationibus desuper per nos signatis, quorum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur, improbe aspirantes et in eis ius habere pretendentes personas huiusmodi exquisitis modis super beneficiis ipsis molestare procurent, asserentes metu[d] prefati ducis ius suum consequi non potuisse seu ab illius prosequtione destitisse ac iuribus suis in beneficiis ipsis et litibus super illis eisdem auctoritatibus motis in favorem aliorum cessisse[e]. Nos cunctorum pacem et quietem cupientes ac attendentes, quod, si huiusmodi via non precluderetur, magna paritura essent scandala et graves in populis illis controverias quodque id christiane religioni non leve afferre posset detrimentum ac res illam concernentes plurimum impedire et perturbare, motu proprio et non ad[f] alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis tenore presentium decernimus et omnino declaramus collationes ac provisiones, concessiones et dispensationes tam per nos quam ordinarios collatores eosdem de beneficiis ipsis aut pensionum super illorum fructibus reservationes in dicto dominio ad supplicationem prefati ducis factas, etiamsi beneficia ipsa canonicatus et prebende in cathedralibus etiam metropolitanis ac dignitates, personatus, administrationes vel officia etiam curata et electiva et dignitates huiusmodi in eisdem cathedralibus etiam metropolitanis[g] post pontificales maiores, etiam in collegiatis ecclesiis principales vel alias ordinum quorumcumque regularium prioratus vel preceptorie etiam militiarum et conventuales seu abbatie aut monasteria fuerint, validas et canonicas fuisse et esse et eas pretextu huiusmodi metus[h] seu alias contemplationis ipsius ducis viciari, irritari, annullari et impugnari et personas beneficia huiusmodi vigore collationum, provisionum, concessionum et dispositionum predictarum obtinentes super beneficiis ipsis nequaquam molestari posse neque potuisse, motu etiam et scientia ac potestate predictis similiter decernentes omnes causas per illos aut dictos ordinarios collatores forsan contra dictas personas ad instantiam quarumvis personarum cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis seu preeminentie, etiamsi cardinales fuerint, tam in Romana curia seu nostro Palatio apostolico quam extra[i] super eisdem beneficiis pretextu metus et contemplationis huiusmodi etiam motu simili concessas, etiamsi in eis

[1] *Galeazzo Maria Sforza, seit 1466 Herzog von Mailand † 1476.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

usque ad sententiam inclusive processum fuisset, et de cetero committendas et processus desuper habitos seu habendos nullos et irritos ac nullius prorsus roboris vel momenti fore fuisse et esse ac nullam penitus executionem mereri, inhibentes nihilominus omnibus et singulis personis predictis ac eis expresse tenore simili in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis late sententie pena mandantes, ne pretextu metus et contemplationis huiusmodi contra prefatas personas super beneficiis ipsis, sicut premittitur, eis collatis seu alias de illis per nos concessum provideri, nihil per se vel alium seu alios innovent seu innovare debeant quodque iudices prefati per nos forsan in dicta curia seu in dicto nostro Palatio vel extra et per ipsos ordinarios collatores ad predictam instantiam seu alias motu proprio super hoc deputati vel de cetero deputandi de causis huiusmodi nullatenus cognoscere, sed premissa inviolabiliter observare debeant, eis et cuilibet ipsorum super predictis aliter interpretandi sublate facultate. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis, constitutionis, declarationis, inhibitionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto[j], decimo kalendas martii pontificatus nostri anno sexto[2]".

Cum autem, sicut plurimorum fidedignorum relationibus et querelis ad plenum informati sumus, ex litteris predictis quamplures persone, que ad beneficia ecclesiastica viciosum ingressum habuerunt et illa absque canonica institutione contra sanctorum patrum decreta detinent indebite occupata et illorum detentione remanere possent in animarum suarum periculum ac perniciosum plurimorum exemplum ac ex huiusmodi tolerantia multis aliis ad beneficia huiusmodi viciosus et damnatus pateret ingressus, nos igitur premissis et aliis diligenter attentis et, ne per huiusmodi litteras illis, qui beneficia ipsa sic detenta et, que vacantia reperierunt, a nobis vel alias impetrarunt, ius quesitum tollatur, providere volentes[k] motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex nostra mera providentia et certa scientia ac plenitudine potestatis litteras predictas et, quecumque illarum pretextu secutum est, auctoritate apostolica tenore presentium revocamus, cassamus, irritamus et annullamus ac pro cassis, irritis, nullis et viribus vacuis habemus et haberi volumus nec non impetrantes predictos, quorum ac impetratorum beneficiorum huiusmodi nomina, cognomina, qualitates et designationes presentibus pro sufficienter expressis habemus, in pristinum et eum statum et quoad hoc, ut de iure eis in dictis

[2] *1477 Februar 20.*

beneficiis vel de illa quesito in iudicio et alibi experiri libere et licite valeant, ad huiusmodi ius illiusque prosecutionem et defensionem in pristinum et eum statum[l], in quo, antequam littere predicte a nobis emanarent, quomodolibet existebat, in integrum restituimus et reponimus in omnibus et per omnia, etiamsi illarum vigore ad sententiam vel sententias, que in rem transierint iudicatam et executoriales littere fuerint decrete, processum fuerit perinde, ac si littere ipse nullatenus emanassent, decernentes per quoscumque Palatii apostolici causarum auditores et alios iudices tam in Romana curia quam extra iuxta revocationem, cassationem, irritationem, annullationem, restitutionem et repositionem predictas in quibuscumque causis super dictis impetratis beneficiis pro tempore motis et dependentibus ipsarum forsan pendentium causarum status et merita presentibus pro expressis habentes, reiectis penitus litteris supradictis et sublata eis quavis aliter interpretandi facultate procedi, pronuntiari, sententiari et diffiniri debere ac irritum et inane, quidquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, restitutionis, repositionis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo[m], nonis ianuarii pontificatus nostri anno octavo[3].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla Rome in Cancellaria apostolica, die XIIII[n] mensis ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo[o], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti[p] anno octavo[q4], et in Audientia contradictarum die penultima anno, mense et pontificatu quibus supra[5], G. de Magistris[6] locumtenens.

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[7] custos.

---

[3] *1479 Januar 5.*
[4] *1479 Januar 14*.
[5] *1479 Januar 30*.
[6] *G. de Magistris.*
[7] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Revocatio - Mediolani *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Declaratio super quibusdam gratiis factis intuitu ducis Mediolani
[b] curis *fehlt BL 2850, VL 6343*
[c] et *BL 2850, VL 6343* ad

[d] metu *BL 2850* motu
[e] cessisse *fehlt BL 2850*
[f] ad *fehlt BL 2850, VL 6343*
[g] ac dignitates - metropolitanis *fehlt BL 2850*
[h] metus *BL 2850, VL 6343* motus
[i] *BL 2850 folgt* eam
[j] incarnationis - sexto *BL 2850, VL 6343* domini 1476
[k] volentes *BL 2850* annuentes
[l] et quoad - statum *fehlt BL 2850*
[m] dominice - octavo *BL 2850,VL 6343* domini 1478
[n] XIIII *BL 2850, VL 6343* 14
[o] millesimo - octavo *BL 2850, VL 6343* 1478
[p] quarti *BL 2850, VL 6343* IIII
[q] octavo *BL 2850* 8°

## 186.

***BL 2825**, fol. 238v; **BL 2850**, fol. 218v; **VL 6343**, fol. 211v.*

CONSTITUTIO LOCUMTENENTIS IN CANCELLARIA APOSTOLICA PER VICECANCELLARIUM[a].

Rodericus[1] miseratione divina[b] episcopus Portuensis cardinalis Valentinus sancte Romane ecclesie vicecancellarius, reverendo in Christo patri domino Mariano[2] episcopo Glandatensi locumtenenti nostro, salutem in domino. Cum sit, quod bone memorie dominus Iohannes[3] episcopus Agrigentinus in signandis commissionibus locumtenens noster nuper diem clausit extremum nosque multis et magnis negotiis impediti non possumus signandi commissiones officium per nos ipsos exercere, necessarium censimus constituere alium, qui in ea parte officium nostrum et vices nostras suppleat et adimpleat. Hinc est igitur, quod nos confidentes de integritate, doctrina et fidelitate vestra vos locumtenentem nostrum[c] ad signandum commissiones tam simplices quam per „Placet“ et alias quascumque iustitiam concernentes auctoritate per apostolicas litteras nobis concessa tenore presentium facimus, constituimus et deputamus usque ad beneplacitum nostrum, dantes vobis plenam potestatem et liberam facultatem commissiones huiusmodi signandi ac omnia et singula[d] faciendi, gerendi, exequendi et exercendi circa ea, que ad officium ipsum pertinent et que alii locumtenentes nostri in huiusmodi officio facere, gerere, exequi et exercere consueverunt aut debuerunt. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri maioris pontificalis fecimus appensione communiri. Datum Rome ex Palatio nostro, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono[e],

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *Marianus de Qualeatis.*
[3] *Johannes de Cortadellis.*

die duodecima mensis[f] februarii pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia[g] pape quarti[h] anno octavo[4].

---

[4] *1479 Februar 12.*

---

[a] Constitutio - vicecancellarium *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Deputatio locumtenentis
[b] miseratione divina *fehlt BL 2850, VL 6343*
[c] et vices - nostrum *fehlt BL 2850*
[d] et singula *fehlt BL 2850*
[e] millesimo - nono *BL 2850*, *VL 6343* 1479
[f] duodecima mensis *BL 2850*, *VL 6343* 12
[g] divina providentia *fehlt BL 2850, VL 6343*
[h] quarti *BL 2850* 4*; VL 6343* IIII

## 187.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; BL 2825**, *fol. 239r-239v;* **BL 2850**, *fol. 218v-220r;* **VL 6343**, *fol. 211v-212v;* ***GW M42430***, *GW* ***M42435***.

REVOCATIO GRATIARUM EXPECTATIVARUM ET MANDATORUM CONTRA CONCORDATA NATIONIS ALAMANIE CONCESSORUM[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi quandoque negotiorum magnitudine nostris sane humeris admodum insupportabili et[b] varietate rerum immensa singula[c], queque per otium et animi quietem diligentiori excussionis[d] examini nobis subicere non liceat, nostris tamen semper[e] inheret affectibus omnibus in rebus ius suum unicuique inviolabiliter conservare in hiis presertim, que per predecessores nostros Romanos pontifices pro pace et tranquillitate ecclesie Romane conservanda altiori consilio et[f] deliberatione matura prudenter statuta et ordinata fuisse noscuntur. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus papa V[g] predecessor noster ex certis causis tunc animum suum iuste et rationabiliter moventibus de fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pariter et assensu[h] inter Romanam ecclesiam et inclitam nationem Germanicam, interveniente etiam in hoc carissimo in Christo filio Friderico[i] Romanorum tunc rege, nunc vero[j] imperatore semper augusto, nonnulla statuta, ordinata et concordata[1] videlicet inter cetera, quod in metropolitanis et cathedralibus etiam immediate non[k] subiectis ecclesiis et in monasteriis immediate subiectis sedi apostolice fierent electiones canonice, que ad dictam sedem deferrentur, nec non super collatione beneficiorum ecclesiasticorum ordinariis certo modo constituta ac super diversis[l] aliis in eisdem concordatis contentis auctoritate[m] apostolica et ex certa scientia approbavit, ratificavit, laudavit et acceptavit[n] ac sui scripti patrocinio communivit ac[o] voluit, quod per quamcumque aliam reservationem,

gratiam expectativam aut quamvis aliam dispositionem sub quacumque verborum forma per eum[p] vel auctoritate sua factam vel faciendam non impediretur, quo minus de illis, cum vacarent in certis mensibus ordinariis concessis, provideri posset. Et per hoc, quod in concordatis huiusmodi sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis litteris propter competentiorem descriptionem Alamania specialiter appellatur[q], natio ipsa censeri non deberet[r] a Germanica natione distincta seu quomodolibet separata[s], prout hec et alia in dictis concordatis et predecessoris[t] litteris plenius continentur[u]. Cum autem nonullorum dicte Germanice nationis querelis ad nostrum nuper pervenerit auditum, nonnulli etiam de ipsa natione[v] non existentes[w] pretextu diversarum gratiarum[x] expectativarum[y], reservationum ac reservandi et conferendi facultatum ac[z] inde secutarum[aa] gratiarum revalidationum seu extensionum ac nominationum ac aliorum privilegiorum et concessionum per nos eis factarum concordatis huiusmodi contravenire et illis preiudicium afferre non cessant[bb], non sine sedis apostolice promissionum[cc] suarum et nationis prefate preiudicio mediocri, nos igitur attendentes, quod in premissis, quantum maioris possit[dd] esse causa discidii[ee] et turbationis, tanto maiori debemus vigilantie studio[ff] provdidere, ac indecens esse reputantes, quod in ipsa natione Germanica extranei et alienigene ad beneficia obtinenda novis viis se intromittant, motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis[gg] instantiam[hh], sed de nostra mera voluntate et ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium quascumque expectativas gratias, reservationes speciales ac reservandi et conferendi facultates, inde secutas gratiarum revalidationes seu extensiones et de conferendo aut commendando mandata de quibusvis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus[ii], personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ceterisque beneficiis et locis ecclesiasticis secularibus et quorumvis ordinum regularibus, qualiacumque fuerint, nec non litteras apostolicas super hiis confectas cum concessionibus, mandatis ac processibus inde secutis in quorumcumque favorem et quibusvis etiam specialibus et expressis personis cuiuscumque status, dignitatis, ordinis, gradus vel conditionis, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales[jj] extiterint[kk], per nos etiam motu et scientia similibus et de plenitudine potestatis ac sub quacumque forma et expressione verborum ac „Ad futuram seu perpetuam rei memoriam“ et cum quibusvis etiam[ll] derogatoriarum derogatoriis sive aliis efficacissimis, insolitis, urgentibus clausulis, etiam cum speciali dictorum concordatorum derogatione, quorum omnium tenores presentibus pro[mm] expressis habentes, concessa et facta, si et in quantum huiusmodi concordatis preiudicant aut preiudicare possunt et

---

[1] = *Nikolaus V. Nr. 193.*

que etiam, sive concordatis ipsis preiudicant[nn] sive non, pro personis de dicta natione non existentibus forsitan hactenus emanarunt expectative gratie, speciales reservationes et reservandi mandata, revalidationes, extensiones[oo] et[pp] nominationes, illis alias in suo robore permansuris, revocamus, cassamus, irritamus et annullamus ac pro nullis et infectis tam in iudicio quam[qq] extra haberi volumus et reputari, decernentes ex nunc irritum et inane, quidquid contra presentes[rr] a quoque[ss] quavis auctoritate scienter vel ignoranter fieri contigerit seu[tt] etiam quomodolibet attemptari, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque[uu] contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis, cassationis, irritationis, annullationis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri[vv] et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo[ww], quintodecimo kalendas ianuarii pontificatus nostri anno octavo[xx2].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, die martis sextadecima mensis[yy] februarii anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo[zz], indictione duodecima, pontificatus prefati[aaa] domini nostri domini[bbb] Sixti anno octavo, Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[3] custos[ccc].

[2] *1478 Dezember 18*.
[3] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] Revocatio - concessorum *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Concordata*; GW M42430* Bulle revocatorie omnium et singularum gratiarum expectativarum, reservationum, reservandi quoque facultatum et nominationum quibuscumque personis etc. etiam sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus sub quacumque verborum etiam motu proprio etc. in preiudicium concordatorum inclite nationis Alamanie dudum cum sede apostolica interveniente ad hoc invictissimo domino imperatore factorum ad perpetuam rei memoriam per sanctissimum dominum nostrum Sixtum papam modernum motu proprio et ex certa scientia et voluntate gratiose concesse et emanate etc. copie sequuntur et sunt he
[b] et *GW M42430* ex
[c] singula *GW M42430* singulari
[d] excussionis *GW M42430, GW M42435* excussione
[e] semper *fehlt BL 2850*
[f] et *fehlt GW M42430*
[g] V *GW M42430* quintus
[h] assensu *GW M42430* ascensu
[i] Friderico *GW M42430* Frederico
[j] vero *fehlt GW M42430*
[k] non *fehlt GW M42430*
[l] diversis *GW M42430* divcrs(is) *(!)*
[m] auctoritate *GW M42430 generell* autoritate
[n] acceptavit *GW M42435* attemptavit
[o] ac *GW M42430* ut
[p] eum *GW M42430* eam
[q] appellatur *GW M42430* appellata

[r] deberet *GW M42430* debet
[s] separata *GW M42430* seperata
[t] predecessoris *GW M42430* predecessorum
[u] continentur *fehlt BL 2850*
[v] natione *fehlt GW M42430, GW M42435*
[w] existentes *GW M42430* existente
[x] gratiarum *fehlt GW M42430*
[y] expectativarum *fehlt BL 2850; GW M42430* expectivarum
[z] *GW M42430 folgt* processuum
[aa] secutarum *GW M42430* secutorum
[bb] cessant *VL 6343* cessent
[cc] promissionum *BL 2850, VL 6343* provisionum
[dd] possit *GW M42435, BL 2825, VL 6343* possint
[ee] discidii *GW M42435* dissidii
[ff] studio *GW M42430* studeo
[gg] petitionis *GW M42430* petionis
[hh] instantiam *GW M42430* instantia
[ii] dignitatibus *fehlt GW M42430*
[jj] cardinales *fehlt BL 2850*
[kk] cardinales extiterint *GW M42430* cardinal(is) extiterit
[ll] etiam *fehlt GW M42430*
[mm] pro *fehlt GW M42435*
[nn] preiudicant *BL 2850, GW M42430* preiudicent
[oo] extensiones *GW M42430* extenciones
[pp] et *fehlt GW M42435, VL 6343*
[qq] quam *GW M42430* qua
[rr] *GW M42430 folgt* aut
[ss] quoque *GW M42435* quoquam
[tt] contigerit seu *BL 2850* fierit
[uu] ceterisque *GW M42435* ceteris
[vv] Petri *GW M42430* Peteri
[ww] millesimo - octavo *BL 2850, VL 6343* 1478
[xx] *GW M42430 folgt* Hec bulla concordat cum suo originali*; GW M42435 folgt* Petrus de Valle *(= Petrus Cathalaneus de Valle)*
[yy] sextadecima mensis *BL 2850, VL 6343* 16
[zz] millesimo - octavo *BL 2850, VL 6343* 1478
[aaa] *BL 2850 folgt* sanctissimi
[bbb] domini *BL 2825* pape
[ccc] Lecta - custos *fehlt GW M42430, GW M42435;* Iohannesmatheus - custos *fehlt BL 2850*

## 188.

***BL 2825**, fol. 240v; **BL 2850**, fol. 220v-221v; **VL 3883**, fol. 63r; **VL 6343**, fol. 212v-213r; **Druck:** Tangl, KO S. 423-425 Nr. L α (nach BL 2825); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 38 Nr. 162.*

Mandatum super registrandis bullis per scriptores registri[a].

Cum, sicut frequentibus querelis presertim clericorum pauperum ac etiam proborum virorum relatibus fidedignis cognoscimus, ita iam scriptorum in registro bullarum excrevit insolentia, ut licet contra vetitum bullas ad registrandum eis per magistros dicti registri distributas cum quinternis sibi assignatis pro celeriori, ut extimari possit, expeditione ad domos proprias publice deferant registrandas, tamen illas per tres et plerumque quattuor interdum dies dolo et malitia et, quod deterius est, sollicitant in ipso registro bullas re-

gistrandas et, ut exactiones maiores pecuniarias faciant, differunt registrare illasque, antequam sint registrate, publicant et dant ad processus super illis fulminandos. Nos igitur in premissis opportune providere volentes motu proprio et ex nostra mera scientia omnes et singulos scriptores predictos sub excommunicationis pena, quam contrafacientes incurrere volumus ipso facto, monemus, quatenus de cetero litteras apostolicas sive bullas prefatas in registro dumtaxat loco publico ad hoc deputato registrent nec illas sollicitent sive a capsario dicti registri rediment vel extra disportent, publicent vel ostendant et bullas sibi una die per magistos ipsius registri distributas ultra duos dies sequentes registrare in loco, ut prefertur, ad hoc deputato non differant nec mercedem aliam directe vel indirecte a quoquam exigant quam consuetam tempore felicis recordationis[b] Eugenii IIII, Nicolai V, sancte memorie Calixti III, Pii II[c] Romanorum pontificum predecessorum nostrorum, videlicet pro singulis simplicibus in forma quinterni Cancellarie apostolice unam, pro vero simplicibus et extra formam quinterni predicti duos et aliis pari bullarum, etiamsi magne scripture forent, tres grossos papales recipiant et non ultra et, si forsam ipsi scriptores huiusmodi excommunicationis sententiam, a qua non nisi a Romano pontifice absolvi posse[d] volumus, per quindecim dies, postquam illam incurrerint, animo sustinuerint indurato, elapsis diebus prefatis eorum officiis decernimus ipso facto esse privatos eaque vacare et per alios posse libere causa predicta et nulla alia rationabili[e] precedente impetrari. Ad convincendum autem scriptores prefatos in eorum temeritate de non registratura bullarum, ut prefertur, ita quod alio probationis adminiculo opus non sit, sufficere volumus librum distributionis sive quinterniones[f] et relationem alterius magistrorum registri.

Et quod mandatum sive constitutio huiusmodi valeat et perpetuo duret.
Et quod presentis supplicationis sola signatura sufficiat absque alia desuper litterarum confectione.
Et quod describatur in quinterno Cancellarie apostolice[g].
Et in ipsa Cancellaria publicetur[h].

Placet motu proprio et ita mandamus, F‹ranciscus›[i][1].

Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertio kalendas maii anno octavo[j][2].

Lectum et publicatum fuit supradictum mandatum, Rome in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo nono[k], indictione

[1] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*
[2] *1479 April 29.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

duodecima, die vero decima octava[l] mensis maii pontificatus prefati domini nostri Sixti pape quarti[m] anno octavo[3].

[3] *1479 Mai 18*.

[a] Mandatum - registri *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Contra registratos bullarum*; VL 3883* Contra errores in registro litterarum
[b] tempore - recordationis *BL 2850* quod etc.
[c] II *BL 2850* secundi
[d] posse *fehlt BL 2850*
[e] *BL 2850 folgt* causa
[f] quinterniones *VL 6343* quinternos
[g] apostolice *fehlt BL 2825*
[h] Et quod describatur - publicetur *fehlt VL 3883*
[i] Placet - Franciscus *fehlt VL 3883*
[j] octavo *BL 2850* VIII
[k] incarnationis - nono *BL 2850, VL 6343* domini 1479
[l] decima octava *VL 6343* 18
[m] quarti *BL 2850, VL 6343* IIII

## 189.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; BL 2825**, *fol. 241v-242v;* **BL 2850**, *fol. 222v-224r;* **VL 6343**, *fol. 214r-215r;* ***GW 3321-3326***; ***Druck:*** *FRIEDBERG, Corpus iuris canonici 2 Sp.1308f. = Extravag. com. 5.9.5.*

INHIBETUR QUIBUSCUMQUE CONFESSORIBUS ELECTIS VIGORE CONFESSIONALIUM, NE ABSOLVANT ALIQUEM IN CASIBUS HIC EXPRESSIS[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Etsi dominici gregis saluti semper intenti singulis cum humilitate poscentibus[c] ea benigne concedere studeamus[d], per que peccatorum mole deposita salus ipsa succedat et ab[e] hostis humani generis[f] servitute ereptas[g] animas lucrifaciamus Altissimo, qui nobis eas sua bonitate commisit. Id tamen propensiori studio precavendum esse censemus, ne cuiusvis indulgentie, remissionis vel facultatis obtentu christifideles procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur aut facilitas venie eis peccandi tribuat incentivum. Cum itaque, sicut multorum fidedignorum testimonio accepimus[h], ob multitudinem facultatum per nos vel auctoritate nostra concessarum tam verbo quam in scriptis, confectis exinde litteris vel non, prelatis et personis ecclesiasticis etiam religiosis et secularibus utriusque sexus, capitulis, collegiis, conventibus, hospitalibus, confratriis[i] et universitatibus tam in genere quam in specie super[j] electione vel deputatione confessorum, qui eligentes eosdem vel pro indulgentiis per nos concessis consequendis ad ecclesias et alia pia loca confluentes seu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices earundem[k] confratriarum[l] confratres et sorores ac in hospitalibus predictis decedentes[m] seu deservientes aut eis pie aliquid relinquentes vel alias aliqua caritatis[n] ministeria exhibentes et in ordinibus profitentes[o] eorum

confessione diligenter audita in singulis etiam sedi[p] apostolice reservatis casibus semel in vita et in aliis totiens quotiens ac in morte plenarie vel alias etiam ad effectum[q] consequendi quascumque indulgentias plenarias vel non plenarias absolvere et penitentiam salutarem eis iniungere, emissa quoque per illos vota quecumque in alia pietatis opera commutare libere et licite valeant[r], fideles prefati ad peccandum et ad[s] alia illicita committenda[t] nonnumquam[u] procliviores existant in non parvum periculum animarum suarum salutis. Nos, qui Deo propitio eiusdem gregis dominici meritis licet insufficientibus curam[v] gerimus et illum spiritualis thesauri[w] elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ne exinde clavium auctoritas deducatur in contemptum ipsique ad peccandum procliviores, ut diximus, liberius prolabantur. Ex[x] premissis et aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus motu proprio non ad alicuius nobis super hoc[y] oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate et deliberatione auctoritate apostolica[z] tenore presentium statuimus[aa] et ordinamus, quod de cetero[bb] pretextu facultatum huiusmodi concessarum a nobis vel auctoritate nostra et quas concedi quomodolibet contigerit[cc] in posterum verbo, litteris aut quavis alia scriptura etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in favorem fidei et cruciate nullus confessorum eorundem quempiam, cuiusvis status, gradus, ordinis vel conditionis existat et quacumque ecclesiastica etiam episcopali vel maiori aut mundana, etiam regali et maiori dignitate et auctoritate[dd] prefulgeat, qui offense ecclesiastice libertatis, violationis interdicti ab eadem sede impositi seu heresis, postquam de ea fuerint[ee] sententialiter condemnati, delati seu publice diffamati, conspirationis in personam aut statum Romani pontificis seu cuiusvis offense, inobedientie aut rebellionis eiusdem pontificis vel[ff] dicte sedis, mutilationis membrorum vel occisionis cuiuscumque in sacris ordinibus constituti, offense personalis in episcopum seu alium prelatum, invasionis, depredationis, occupationis aut devastationis terrarum Romane ecclesie mediate vel immediate subiectarum ac etiam invasionis romipetarum seu quorumcumque aliorum[gg] ad Romanam curiam venientium, prohibitionis devolutionis[hh] causarum ad dictam curiam, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis novorum onerum realium vel personalium ecclesiis vel ecclesiasticis personis, simonie super ordinibus vel beneficiis assequendis[ii] in dicta curia vel extra eam contracte, criminum, quomodolibet reus foret, et generaliter in casibus contentis in litteris, que consueverunt in die cene Domini publicari, pretextu huiusmodi facultatum absolvere et emissa per eos peregrinationis ultramarine vel visitationis liminum apostolorum Petri et Pauli ac ecclesie sancti Iacobi[jj] in Compostella et castitatis ac religionis vota, nisi ex[kk] speciali licentia et certa scientia[ll] nostra, de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra desuper manu nostra

scriptum aut in litteris nostris expressum fuerit nos ex certa scientia et de speciali gratia id concedere cum derogatione[mm] presentis constitutionis, illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum et tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione vel idonea[nn] prestita cautione, commutare presumat[oo]. Etsi aliqui confessorum predictorum contra presentem constitutionem quemquam absolvere aut excepta vota predicta commutare attemptaverint, absolutio et commutatio huiusmodi nullius sint[pp] roboris vel momenti, et contrafacientes excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, a qua nisi in mortis articulo constituti ab alio quam[qq] Romano pontifice absolvi non possint, non obstantibus litteris et concessionibus[rr] huiusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque[ss]. Et ne aliquis de presentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus eas[tt] in Cancellaria[uu] apostolica et in[vv] Audientia litterarum contradictarum legi et publicari ac inter extravagantes alias apostolicas constitutiones in quinterno[ww] dicte Cancellarie[xx] describi volumusque transsumpto earundem manu notarii publici subscripto et sigillo alicuius curie episcopalis sigillato perinde fidem plenariam adhiberi, prout originalibus adhiberertur, si essent exhibite vel ostense[yy]. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, ordinationis, mandati et voluntatis etc. Si quis etc.[zz] Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo[aaa] quadringentesimo[bbb] septuagesimo nono[ccc], tertio kalendas ianuarii pontificatus nostri anno nono[ddd1].

L‹eonardus› Grifus[eee2].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, die iovis trigesima[fff] mensis decembris anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo nono[ggg], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti[hhh] anno nono[3], et in Audientia litterarum contradictarum die martis quarta[iii] mensis ianuarii anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo nono[jjj], pontificatus prefati domini nostri domini Sixti pape quarti[kkk] anno nono[lll4], R‹ainaldus› de Ursinis[5] auditor, Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[6] custos[mmm].

---

[1] *1479 Dezember 30*.
[2] *Leonardus Grifus*.
[3] *1479 Dezember 30*.
[4] *1480 Januar 4*.
[5] *Rainaldus de Ursinis.*
[6] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Inhibetur - expressis *BL 2850, VL 6343; BL 2825* De casibus reservatis*;* FRIEDBERG Sixtus tempore suo multis multas concesserat indulgentias, quas certis ex causis hic revocat

[b] episcopus - Dei *GW 3321-3326* etc.
[c] poscentibus *GW 3325-3326* possentibus
[d] studeamus *GW 3326* studiamus
[e] ab *fehlt GW 3321-3326, Friedberg*
[f] generis *GW 3321* ganeris *(!)*
[g] ereptas *GW 3321-3326* ereptus
[h] accepimus *GW 3326* accipimus
[i] confratriis *GW 3321-3326* confraternariis
[j] super *GW 3321-3326* sub
[k] earundem *GW 3321-3326, Friedberg* earundemque
[l] confratriarum *GW 3321-3326* confraternariarum
[m] decedentes *GW 3325-3326* dicentes
[n] alias - caritatis *GW 3321-3326, Friedberg* aliqua alia meritorum
[o] profitentes *GW 3325-3326* profitendis
[p] sedi *GW 3326* sede
[q] effectum *GW 3325-3326* defectum
[r] valeant *GW 3326* valeat
[s] ad *fehlt BL 2850*
[t] committenda *GW 3321-3326, Friedberg* committendum
[u] nonnumquam *GW 3326* numquam
[v] curam *GW 3325-3326* causam
[w] thesauri *GW 3325-3326* th(es)a(u)ri
[x] Ex *GW 3325-3326* Et
[y] hoc *fehlt BL 2850*
[z] apostolica *GW 3326* appostolica
[aa] *BL 2850, VL 6343 folgt* decrevimus
[bb] cetero *GW 3325-3326* certo
[cc] contigerit *BL 2850, VL 6343, GW 3321-3325, Friedberg* contingет*;* *GW 3326* contingit
[dd] et auctoritate *fehlt GW 3321-3326, Friedberg*
[ee] fuerint *GW 3326* fuerit
[ff] vel *fehlt Friedberg*
[gg] aliorum *fehlt BL 2850*
[hh] prohibitionis devolutionis *GW 3321-3326* prohibitionem devolutionum*;* devolutionis *Friedberg* devolutionum
[ii] assequendis *GW 3321-GW 3326, Friedberg* consequendis
[jj] ac ecclesie - Iacobi *fehlt GW 3321-3326, Friedberg*
[kk] ex *fehlt GW 3325-3326*
[ll] scientia *GW 3325-3326* s(e)n(tent)ia
[mm] derogatione *GW 3321* derrogatione
[nn] idonea *GW 3323* idonee
[oo] presumat *GW 3321-3326, Friedberg* presumant
[pp] sint *GW 3321-3326, Friedberg* sit
[qq] alio quam *GW 3321-3326,* aliquo quam a
[rr] concessionibus *GW 3321-3326, Friedberg* constitutionibus
[ss] apostolicis - quibuscumque *GW 3321-3326, Friedberg* etc.
[tt] eas *fehlt BL 2850*
[uu] Cancellaria *GW 3321, GW 3323* Canzelaria *(!)*
[vv] in *fehlt GW 3321-3326*
[ww] quinterno *GW 3321-3326, Friedberg* quaterno
[xx] Cancellarie *GW 3321, GW 3323* Canzelarie *(!)*
[yy] volumusque - ostense *GW 3321-3326, Friedberg* etc.
[zz] nostrorum - etc. *fehlt GW 3321-3326*
[aaa] millesimo *GW 3321* miliesimo *(!)*
[bbb] quadringentesimo *GW 3321, GW 3324* quatricentisimo *(!); GW 3325* quatricentessimo *(!); GW 3326* quatricentesimo *(!)*
[ccc] millesimo - nono *BL 2850, VL 6343* 1479*; GW 3322* MCCCCLXXIX*; GW 3321-3322, GW 3324-3326 folgt* die

[ddd] Nulli - nono *Friedberg* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum suspensionis, inhibitionis, mandati et voluntatis etc. Datum Spire anno Domini MCCCCLXXVIII *(= 1478);* Rome - nono *GW 3323* Spire anno domini MCCCCLXXXVIII *(= 1488)*
[eee] Leonardus Grifus *fehlt GW 3321-3326, Friedberg*
[fff] trigesima *BL 2850, VL 6343* 30
[ggg] incarnationis - nono *BL 2850, VL 6343* domini 1479
[hhh] divina - quarti *VL 6343* IIII
[iii] quarta *VL 6343* 4
[jjj] incarnationis - nono *VL 6343* domini 1479
[kkk] quarti *VL 6343* IIII
[lll] et in Audientia - nono *fehlt BL 2850*
[mmm] Lecta - custos *fehlt GW 3321-3326, Friedberg*

## 190.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$*; *BL 2825*, *fol. 245r-247r;* *VL 6343*, *fol. 216r-218r.***

MANDATUR, QUOD LITTERE LIMITATORIE FACULTATUM NUNTIIS APOSTOLICIS CONCESSARUM OBSERVARI DEBEANT, CUM REVOCATIONE FACULTATUM NONNULLORUM EX EISDEM NUNTIIS[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Que laudabili et provida ordinatione a nobis emanarunt, opportunis nos decet favoribus prosequi et efficacem operam adhibere circa observantiam eorundem. Dudum a nobis emanarunt littere tenoris sequentis

„Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Importuna petentium ambitio et temporis qualitas frequenter nos constringit, ut diversa, que forsan concedi non deberent, nequeamus ipsis sic petentibus simpliciter denegare, et ideo illa presertim, cum exinde apostolice sedis honori detrahitur et negotiorum eiusdem sedis expeditio retardatur, ne talia detrimenta afferant, non immerito revocamus. Sane fructuum, reddituum et proventuum Camere apostolice debitorum collectores et alii nuntii apostolici, quos ad diversas mundi partes pro nonnullis nostris et sancte[b] Romane ecclesie negotiis hactenus destinavimus et in dies destinamus, concedentes eis legati de latere omnimodam potestatem et alias facultates super hiis, que nobis et dicte sedi reservata existunt, ut illis mediantibus se erga personas benemeritas possint reddere gratiosos, sicut multorum fidedigna relatione accepimus, et nonnumquam per illorum litteras vidimus apparere, quandoque ad ea, ad que eorum potestas et facultates huiusmodi se non extendunt, manum apponere, metas potestatis et facultatum huiusmodi[c] transgredi et illis erga personas nonnumquam abiectas et immeritas abuti et persepe in tantum illis se implicare et ad illas eorumque executionem vacare non verentur, ut persepe de principali negotio, pro quo missi sunt, parum curare videantur, quo sit, ut nonnulli id videntes eos ad earundem[d] facultatum usum dumtaxat et non alium finem missos esse murmurando interdum affirment sicque principa-

lium negotiorum, quorum cura eis commissa est, expeditionem persepe retardant et tractatus desuper per eos habitos et conclusiones cum ea, qua deberent et expediret solertia et diligentia, sedi prefate referre negligunt, in non modicum eiusdem sedis detrimentum ac ordinariorum locorum, cum quibus ratione potestatis predicte concurrunt in hiis, que iurisdictionis episcopalis existunt, gravamen et scandalum plurimorum. Nos igitur volentes super hiis opportune adhibere remedium motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia omnes et singulas[e] talium potestatum et facultatum revocationes, que a nobis hactenus emanarunt, auctoritate apostolica presentium tenore innovamus et innovando eisdem nuntiis per nos ad quevis loca et ex quavis causa quantumcumque magna destinatis, quicumque sint et quacumque patriarchali et episcopali vel alia dignitate fungantur, huiusmodi legati de latere potestatem et concessas facultates quascumque prinicpale negotium, pro quo missi sunt, directe et principaliter non concernentes motu, scientia et auctoritate predictis adimimus, etiamsi aliqui ex eis attestationem excessionis ipsorum ac sibi concessarum facultatum a prioribus per nos factis similium facultatum et potestatum revocationibus motu et scientia similibus ex quibuscumque causis nec non sub quibusvis clausulis et verborum formis habuerint. Et nihilominus hac in perpetuum valitura constitutione motu, scientia et auctoritate predictis statuiumus et ordinamus, quod de cetero nuntii predicti sic missi hactenus et quos mitti continget in posterum a nobis et sede prefata, quacumque dignitate et auctoritate fungantur, potestate legati de latere et facultatibus quibuslibet eis hactenus concessis et quas in posterum per nos et dictam sedem etiam motu et scientia similibus eis concedi continget, principale negotium, pro quo missi sunt aut mittentur in futurum non concernentibus, qualescumque fuerint et cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis fortioribus et efficacioribus concesse sint vel concedantur in posterum, nullatenus uti possint, etiamsi in litteris eis desuper concessis et concedendis contineretur expresse, quod ille in huiusmodi constitutione et factis hactenus et aliis, que fierent, revocationibus similium facultatum in genere vel in specie minime comprehendantur nec revocate censeantur, nisi de ipsis nuntiis ac eis concessis facultatibus specifica et individua mentio fiat non autem per clausulas generales, que id importare viderentur et importarent seu alias sub certis inibi expressis modo et forma ac concessione[f] verborum illis et litteris desuper confectis specifice[g] et individue derogaretur[h], quas quidem litteras et clausulas, qualescumque sint et fuerint in futurum, nemini volumus quoad huiusmodi potestatum et facultatum usum in aliquo suffragari. Liceat tamen eis, etiamsi id specialiter ipsis concessum non sit vel non concederetur in futurum, viginti tabellionatus officium in forma et confessionale quinqua-

ginta personis in casibus non reservatis et etiam viginti infirmis et aliis debilibus usum lacticiniorum preterquam in maiori hebdomada quadragesime ac usque ad numerum triginta dominis locorum et nobilibus seu aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis altare portatile similiter in forma concedere et cum viginti qualitercumque illegitime genitis ad ordines et duo beneficia, etiamsi alterum sit curatum, nec non cum viginti super etate ad ordines sacerdotales in vigesimo tertio anno et in vigesimo secundo anno eorum etatis ad beneficium curatum et etiam cum viginti personis super matrimonio contrahendo in simplici quarto seu mixtum tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradibus et cum totidem personis super irregularitate per eos divinis non tamen in contemptum clavium se immiscendo contracta dispensare ac a veris eorum familiaribus continuis commensalibus beneficiorum ecclesiasticorum, que obtinent et in futurum obtinebunt, resignationes simpliciter vel ex causa permutationis recipere et admittere ac de illis, cum per huiusmodi resignationes vel obitum aut alias vacabunt, durante commissione eis facta predicta personis idoneis etiam quecumque, quotcumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus et expectantibus providere, post missarum quoque et vesperarum solemnia, si episcopus fuerit vel superior, benedictionem solemnem supra populum et indulgentiam triginta dierum elargiri ac ad effectum gratie consequende in casibus a iure premissis absolvere, districtius inhibentes motu, scientia et auctoritate predictis eisdem nuntiis missis et, quos mitti continget in posterum, ne de cetero decurso mense, si citra, et bimestri, si ultra montes vel mare sint, a data presentium computando facultatibus etiam specifice et cum huiusmodi constitutionis expressa derogatione illius inserto tenore pro tempore concessis utantur, sub interdicti ingressus ecclesie in episcopos et superiores et excommunicationis late sententie pena in alios ab eisdem, qui contrafecerint, eo ipso incurrenda et, si sepius illis uti presumpserint, episcopi et superiores predicti excommunicationis et suspensionis ab administratione ecclesiarum suarum, reliqui vero ab eis privationis omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, que tunc obtinerent, pene subiaceant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis, ademptionis, statuti, constitutionis, ordinationis, voluntatis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[i] millesimo

quadringentesimo septuagesimo nono[j], octavo kalendas februarii pontificatus nostri anno nono[1].“

Cum autem, sicut accepimus, nonnulli in diversis partibus nostri et apostolice sedis nuntii etiam cum potestate legati de latere concessis eis dudum ante dat(am) dictarum litterarum facultatibus et per illas revocatis, ut prefertur, contra illarum tenorem uti presumant et, si quandoque de revocatione et litteris predictis eis obiciatur, illarum derogationem habere affirment et hiis, quarum usus eis promissus est, per litteras predictas quandoque abutantur in apostolice auctoritatis contemptum, confluentium ad eos deceptionem et scandalum plurimorum, nos multorum querelis excitati habita super hiis cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus deliberatione matura de illorum consilio et assensu auctoritate apostolica presentium tenore statuimus et ordinamus, quod littere predicte et in illis contenta debeant inviolabiliter observari nec eis umquam censeatur quomodolibet derogatum in genere aut in specie per quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias, nisi, dum et quotiens id de eorundem fratrum consilio et assensu contigerit derogari, et non alias nec alio modo et illas, que aliter a nobis forsan emanarent derogationes per preoccupationem preter mentem et intentionem nostram emanare concessum[k] quoque dictis nuntiis per dictas preinsertas litteras super beneficiis familiarium eorundem nuntiorum resignatione, receptione, admissione et, dum per resignationem vel alias vacabunt, collatione et provisione, ut prefertur, in illis familiaribus, qui eorundem nuntiorum obsequiis per semestre continuum ante resignationem vel vacationem beneficiorum huiusmodi vere et sine fictione vel fraude insteterint et quoad beneficia dispositioni apostolice minime reservata vel ratione reservationis aut commende de illis facte seu alias affecta[l] non fuerint, dumtaxat et non in aliis habere, de eorundem fratrum consilio et assensu prefata auctoritate decernimus et in aliis familiaribus et beneficiis nolumus ullatenus eis suffragari. Omnes vero et singulas Luce[2] Sibenicensi et Alexandro[3] Forliviensi episcopis ac dilecto filio magistro Burckardo Stoer[4] notario nostro in diversis locis nostris et dicte sedis nuntiis cum potestate legati de latere concessas facultates, qualescumque sint, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro expresso, de simili consilio et assensu revocamus ac eorum cuilibet districte precipiendo[m] mandamus, ne illis nisi in casibus eis concessis per preinsertas litteras quovis quesito colore de cetero uti presumant, sub interdicti ingressus ecclesie in episcopos et excommunicationis late sen-

[1] *1480 Januar 25*.
[2] *Lucas de Tollentis.*
[3] *Alexander Numai.*

tentie penis in Burckardum predictos, si illis uti presumpserint decurso mense a die, qua presentes nostre littere fuerint in Cancellaria apostolica publicate, quas penas incurrere volumus etiam illos ex nuntiis nostris et dicte sedis, qui nunc sunt et pro tempore erunt, et concessis eis pro tempore quibusvis facultatibus non comprehensis in preinsertis litteris ullatenus et etiam comprehensis ultra quam per ipsas et preinsertas litteras in numero personarum, forma sive modo uti non formidaverint et quibus censuris relaxationis et absolutionis beneficium obtinere non possint ab alio quam Romano pontifice et cum proprio ore eorum excessibus sigillatim expressis. Et nihilominus gesta per eos pro tempore et, que inde sequentur, nullius sint roboris vel momenti, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus[n] apostolicis nec non omnibus illis, que in dictis litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Et ne de premissis valeat ignorantia allegari, volumus, quod venerabilis frater noster Rodericus[5] episcopus Portuensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius presentes litteras in quinterno Cancellarie describi et singulis tribus mensibus in prima Cancellaria primi mensis ipsorum trium mensium publice legi faciat et super premissis pro quolibet petente litteras duplicatas de curia per eandem Cancellariam expediri etiam sub data tunc currenti, volentes, quod quoad hoc sub singulis datis, sub quibus litteras ipsas duplicatas contigerit expediri, presentes littere censeantur innovate et in illis contenta totiens, quotiens sub alia data duplicabuntur, sub illa a nobis emanata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, ordinationis, decreti, voluntatis, revocationis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[o] millesimo quadringentesimo octuagesimo[p], septimo kalendas iunii pontificatus nostri anno nono[6].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla, Rome in Cancellaria apostolica, quintadecima mensis iulii anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo[q], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti pape quarti[r] anno nono[7],

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[8] custos.

[4] *Burckardus Stoer.*
[5] *Rodericus de Lanzol-Borja.*
[6] *1480 Mai 26*.
[7] *1480 Juli 15*.
[8] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

[a] Mandatur- nuntiis *VL 6343; BL 2825* Revocatio facultatum nuntiorum apostolicorum
[b] sancte *fehlt BL 2825*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[c] se non - huiusmodi *fehlt VL 6343*
[d] earundem *VL 6343* eorundem
[e] singulas *VL 6343* singulos
[f] concessione *VL 6343* conceptione
[g] specifice *VL 6343* specivoce
[h] derogaretur *VL 6343* derogetur
[i] incarnationis dominice *VL 6343* domini
[j] millesimo - nono *VL 6343* 1479
[k] concessum *VL 6343* concessam
[l] affecta *VL 6343* effecta
[m] precipiendo *VL 6343* percipiendo
[n] et ordinationibus *fehlt VL 6343*
[o] incarnationis dominice *VL 6343* domini
[p] millesimo - octuagesimo *VL 6343* 1480
[q] millesimo - octuagesimo *VL 6343* 1480
[r] quarti *VL 6343* IIII

## 191.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825****, fol. 247v-249v;* ***BL 2850****, fol. 224r-227v;* ***VL 6343****, fol. 218r-220r.*

CONSTITUTIO „SICUT BONUS PASTOR“ DOMINI SIXTI PAPE IIII SUPER FACULTATIBUS RESIGNANDI ET PERMUTANDI EXTRA CURIAM[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut bonus pastor super familiam domus sue[b] solerter vigilans sic providere sicque diligenter debet attendere, quod inordinata et indisposita, si qua invenerit, in eadem submota difficultate reducat pariter et reformet, sic nonnumquam decet et expedit Romanum pontificem, in quo potestatis plenitudo consistit et cuius in factis per eum circa beneficia ecclesiastica gratiis a Deo est servandus intentionis affectus, ut in contrarium acta nullius existant firmitatis. Ne beneficia huiusmodi absque canonico titulo detineri contingat, circa gratias ipsas pro sue circumspectionis industria votive declarationis, modificationis et revocationis adhibere remedium et prout expedire cognoscit desuper salubriter providere. Sane, sicut accepimus, nonnulli obtenta per eos a sede apostolica licentia resignandi beneficia ecclesiastica per eos pro tempore obtenta extra Romanam curiam in ordinariorum locorum aut in dignitate ecclesiastica constitutarum personarum seu cathedralium ecclesiarum canonicorum per eos eligendorum manibus simpliciter vel ex causa permutationis ac eisdem ordinariis, personis et canonicis resignationes ipsas ab eis et personis compermutantibus seu simpliciter resignare volentibus extra dictam curiam recipiendi et admittendi ac resignata beneficia per compermutantes seu simpliciter resignantes ipsis licentiam habentibus et per eos ex dicta causa compermutantibus huiusmodi simpliciter vero idoneis personis conferendi concessa facultate abutentes nonnumquam licentie et facultatis huiusmodi pretextu extra et prope Urbem vel alium locum, in quo Romanam curiam residere contingit,

resignationes beneficiorum ecclesiasticorum, que obtinent, simpliciter vel ex dicta causa pro aliis beneficiis ecclesiasticis in manibus personarum in prelaturis et ecclesiasticis dignitatibus constitutarum aut canonicatus et prebendas in cathedralibus ecclesiis obtinentium in dicta curia residentium ad id extra muros Urbis et loci huiusmodi propterea studiose ductarum faciunt et ab illis de sic resignatis beneficiis ex dicta causa eis et compermutantibus et simpliciter personis aliis respective provisiones fieri[c] procurant, quandoque vero ut volentibus sua beneficia ecclesiastica resignare ad finem, ut de illis persone eis grate provideantur vel duobus invicem permutare volentibus complaceant et faciant, quod illi mediantibus huiusmodi licentiis et facultatibus, quod querunt, obtineant indirecte tam prope locum dicte curie quam extra in partibus, in quibus degunt, fingunt se aliqua persepe tenuissima et etiam ficta beneficia ecclesiastica et, que nonnumquam tales persone eis conferre procurant, ad effectum huiusmodi ex causa permutationis cum eisdem personis pro illis beneficiis, que persone ille volunt ad alios pervenire, resignare virtute licentie et facultatum earundem et sic de hiis, que ipsi habentes licentiam huiusmodi resignant, beneficiis ex dicta causa[d] personis illis, quorum opera nonnumquam, ut prefertur, ea habuerunt et quibus complacere student et[e] de aliis beneficiis, que sic fraudulenter compermutantes ipsi resignant, ut tandem ad[f] alios perveniant, ipsis licentiam et facultatem huiusmodi habentibus providetur; factaque sic hinc inde provisione predicta, collata eisdem licentiam habentibus beneficia in permutatione huiusmodi interdum ilico[g] illorum possessione non habita et nonnumquam putantes cautius agere infra paucas dies, habita vel non habita possessione huiusmodi in hiis, in quibus[h] ex dicta causa permutationem fecerunt, vel alterius persone manibus simpliciter resignant, ut de illis provideatur personis illis, quibus provideri intendebant illi, qui ex dicta causa illa prius resignaverant, ut prefertur, vel illa ex causa permutationis cum illo, cum quo compermutans primo permutare intendebat, resignant pro beneficio, quod primo permutans affectabat habere et, completa permutatione secunda, per quam primi permutantis beneficium in illum, cum quo permutare volebat, pervenit denuo, possessione etiam non habita, collatum ipsi facultatem habenti in secunda permutatione beneficium ex causa permutationis cum primo permutante pro illo, quod ipsemet facultatem habens in prima permutatione resignaverat, beneficio primo permutanti collato, resignat et sic in huiusmodi tertio loco, facta permutatione, quod primo dimiserant, proprium beneficium recuperant, et illi primo compermutanti, cuius beneficium per eum dimissum in prima permutatione pervenerat, ad secundo permutantem in secunda permutatione confertur, in huiusmodi tertia permutatione dimissum per dictum secundo permutantem beneficium in secunda permutatione et sic duo, quorum nullus licentiam obtinet

permutandi, propria beneficia per huiusmodi tres permutationes et earum circuitum successive factum modo predicto invicem permutant pretextu licentie et facultatis predicte. Et quod deterius est pro earundem facultatum usu modo predicto[i] illas habentes premia exigunt nonnumquam ab eisdem, in quorum favores illis utuntur, alieque diverse fraudes committuntur in animarum periculum et apostolice auctoritatis contemptum ac scandalum plurimorum. Quedam vero licentiis et facultatibus huiusmodi quoad beneficia, que obtinent, dispositioni apostolice generaliter reservata non contenti, ut plenius aliis valeant, inservire litteras licentie et facultatis huiusmodi cum clausula „Etiamsi compermutantium seu simpliciter in eorum favorem resignantium beneficia ecclesiastica dispositioni apostolice generaliter reservata existant“ a sede prefata obtinere hactenus procurarunt et procurant in dies et, quamquam illi, in quorum manibus simpliciter resignarunt beneficia huiusmodi, dictarum facultatum pretextu iuxta litterarum desuper confectarum teneantur et debeant de nominibus et cognominibus beneficiorum sic resignatorum et personarum, quibus illa contulerint, ac diebus collationum eorundem gentes Camere apostolice aut collectorem vel subcollectorem fructuum et proventuum eiusdem Camere debitorum in partibus illis certificare, tamen id facere persepe omittant in eiusdem Camere non modicum preiudicium et gravamen. Nos igitur huiusmodi fraudibus et abusionibus obviare volentes hac in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus pretextu licentiarum et facultatum huiusmodi per nos hactenus et sedem predictam concessarum et, quas concedi continget in posterum, nihil valide de cetero fieri posse in aliquo loco ab eo, in quo nos et pro tempore existentem Romanum pontificem curiam suam tenere contigerit, loco per duas dietas legales non distante et eas resignationes licentiarum huiusmodi vigore extra dictam curiam fieri censeri, que dumtaxat in locis ab eadem distantibus ad minus per duas dietas huiusmodi fieri continget, et non illas, que in locis minus distantibus fierent in futurum, quodque nullus huiusmodi licentiis et facultatibus concessis et concedendis a nobis et sede predicta quandocumque in posterum ullatenus uti valeat, nisi dum et quando beneficia ecclesiastica, que obtinent, simpliciter vel ex causa permutationis vere et non ad aliorum commodum ficte resignare intendit. Contrafacientes vero tam infra duas dietas ab Urbe etiam vere quam extra illas ficte et in fraudem resignantes et persone resignationes huiusmodi recipientes et admittentes ac notarii inde rogati et testes intervenientes eisdem fictionis et fraudis non ignari, si episcopi et superiores, interdicti ingressus ecclesie, si vero alii ab eisdem fuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, decernentes per resignationes ipsas, quas sic contra statutum et ordinationem huiusmodi fieri contingeret, in resignantium penam beneficia resignata vacare, collationes vero, que fierent[j] de eisdem pretextu

facultatum predictarum, nullius esse roboris vel momenti et haberi debere[k] prorsus pro infectis et presumantur resignationes huiusmodi ficte et non vere fieri, si illi, qui huiusmodi facultates habent, et persone compermutantes cum eis seu simpliciter in eorum favorem resignantes resignata per eos beneficia per quattuor menses ante resignationes ipsas pacifice non possederint vel, si ipsi resignantes[l] infra mensem post resignationes ipsas morte preventi fuerint, si tamen tempore resignationum seu permutationum eorundem infirmi erant, ea infirmitate, de qua decesserint. Revocamus quoque omnes et singulas licentias et facultates huiusmodi obtentas a nobis et sede predicta ad beneficia compermutantium[m] seu simpliciter in favorem habentium facultates huiusmodi resignantium dispositioni apostolice generaliter reservata vel ex generali reservatione affecta et quoad illa nolumus[n] eas de cetero cuiquam suffragari et, si forsan in futurum sic concederentur, quoad compermutantium seu simpliciter in favorem huiusmodi facultates impetrantium resignantium beneficia reservata vel affecta nullius esse roboris vel momenti et, si licentiarum huiusmodi vigore tam ex dicta causa quam simpliciter resignantes beneficia ecclesiastica quecumque et qualiacumque cum cura et sine cura, quorum fructus, redditus et proventus viginti quattuor[o] florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum[p] excederent, etiamsi ex dicta causa resignata forent, inequales tamen illorum fructus, redditus et proventus huiusmodi existerent vel recipientes et admittentes resignationes ipsas gentes Camere apostolice prefate aut collectorem seu subcollectorem predictos de diebus collationum, quas fecerint, ac nominibus et cognominibus beneficiorum et personarum, quibus illa contulerint, simpliciter vel inequalitate fructuum, reddituum et proventuum subsistente etiam ex dicta causa, quamvis inequalitas predicta ad dictam summam viginti quattuor librarum non ascenderet, non certificaverint infra unum, si citra, et tres menses a die collationum earundem, si ultra montes resignationes ipsas fieri contigerit, beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso et ut vacantia possint libere conferri. Et, ne utentes licentiis et facultatibus huiusmodi valeant premissorum ignorantiam allegare, volumus huiusmodi constitutionem nostram in Audientia litterarum contradictarum publicari et Cancellaria apostolica describi et presentes in dicta curia ex tunc, absentes vero ab eadem per duos menses a die publicationis huiusmodi ligari et in litteris licentiarum huiusmodi clausulam, per quam iniungitur collatoribus onus certificationis predicte, iniunctionem ipsam iuxta presentis constitutionis seriem de cetero per eos, qui earum expeditioni vacant, opportune cum prefixione termini predicti et decreto vacationis predicte, si non certificent, ampliari, non obstantibus litteris licentiarum huiusmodi ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Et ne de premissis valeat ignorantia

allegari, volumus, quod venerabilis frater noster Rodericus[1] episcopus Portuensis sancte Romane ecclesie vicecancellarius presentes litteras in quinterno Cancellarie describi et super premissis pro quolibet petente litteras duplicatas de curia per eandem Cancellariam expediri faciat etiam sub data tunc[q] currenti, volentes[r], que quoad hoc sub singulis datis, sub quibus litteras ipsas duplicatas contigerit expediri, presentes littere censeantur innovate et in illis contenta totiens, quotiens sub alia data duplicabuntur, sub illa a nobis emanari. Nulli ergo omnino hominum liceta hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, revocationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis domini millesimo quadringentesimo octuagesimo[s], quinto kalendas octobris pontificatus nostri anno decimo[2].

L‹eonardus› Grifus[3].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla Rome in Cancellaria apostolica, XXVII[t] mensis septembris anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo[u], pontificatus sanctissimi patris et[v] domini nostri domini Sixti pape quarti[w] anno decimo[4], et in Audientia contradictarum, die decima[x] octobris MCCCCLXXX[y5], G. de Magistris[6] locumtenens.

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[7] custos.

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.
[2] *1480 September 27.*
[3] *Leonardus Grifus.*
[4] *1480 September 27*.
[5] *1480 Oktober 10*.
[6] *G. de Magistris.*
[7] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Constitutio - curiam *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Moderatio facultatum resignandi beneficia
[b] sue *fehlt BL 2850*
[c] *BL 2850 folgt* respective
[d] dicta causa *BL 2850, VL 6343* dictis causis
[e] et *fehlt BL 2850, VL 6343*
[f] ad *BL 2850, VL 6343* cum
[g] ilico *fehlt BL 2850, VL 6343*
[h] hiis - quibus *BL 2850, VL 6343* eius in cuius
[i] invicem - predicto *fehlt BL 2850*
[j] fierent *BL 2850, VL 6343 korrigiert zu* fient
[k] debere *BL 2825* deberi
[l] ipsi resignantes *fehlt BL 2850*
[m] compermutantium *BL 2850* permutantium
[n] nolumus *BL 2850* volumus
[o] viginti quattuor *BL 2850, VL 6343* XXIIII
[p] de Camera - annuum *BL 2850* etc.
[q] tunc *fehlt BL 2850*
[r] volentes *VL 6343* valentes
[s] incarnationis - octuagesimo *BL 2850, VL 6343* domini 1480
[t] XXVII *BL 2850, VL 6343* 27
[u] millesimo - octuagesimo *BL 2850, VL 6343* 1480
[v] patris et *fehlt BL 2850, VL 6343*

[w] quarti *VL 6343* IIII
[x] decima *BL 2850, VL 6343* 10
[y] MCCCCLXXX *BL 2850, VL 6343* eiusdem anni et pontificatus

## 192.

***Reg. Vat. $$$; Reg. Lat. $$$; BL 2825**, fol. 250r-251r; **BL 2850**, fol. 227v-229r; **VL 6343**, fol. 220r-221r.*

QUOD ILLI, QUIBUS BENEFICIA RESERVATA COLLATA FUERUNT VIGORE FACULTATUM ET GRATIARUM EXPECTATIVARUM, TENEANTUR EXPEDIRE NOVAM PROVISIONEM ET SOLVERE IURA CAMERE[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut ad[b] ea sollicite intendimus, per que apostolice Camere, ex qua non modo sancte Romane ecclesie, sed etiam magnum totius christiane rei publice subsidium provenit, iura serventur illesa. Dudum siquidem diversis sancte Romane ecclesie prefate cardinalibus tam apostolice sedis legatione fungentibus quam non fungentibus et eiusdem sedis nuntiis ecclesiarumque prelatis et aliis diversis[c] ecclesiasticis personis facultatem providendi de beneficiis ecclesiasticis dispositioni apostolice generaliter reservatis et ex generali reservatione affectis et nonnullis tam cardinalibus quam alias gratias expectativas earumque revalidationes, extensiones et mutationes collationum earundem nec non speciales et generales reservationes, nominationes, nominandi et nominatorum conferendi seu commendandi facultates et mandata, uniones, annexiones et incorporationes ad beneficia ecclesiastica dispositioni predicte, ut prefertur, generaliter reservata et affecta concessimus et in quibusdam ex litteris desuper confectis voluimus, quod illi[d], quibus de huiusmodi beneficiis provideri contingeret, infra certum tempus post habitam pacificam possessionem beneficiorum eorundem novas provisiones desuper ab eadem sede obtinere et litteras desuper ex toto expedire ac iura debita propterea Camere prefate solvere tenerentur, prout in diversis litteris nostris desuper confectis plenius continetur[e]. Cum autem, sicut accepimus, quamplurimi ex predictis tam, qui iuxta dictarum litterarum tenorem novas provisiones impetrare tenebantur, quam alii, qui ad id virtute litterarum, in quibus id eis non iniungitur, beneficia reservata seu affecta huiusmodi assecuta fuerunt, novas provisiones desuper a sede predicta[f] impetrare seu super impetrationibus earum litteras ex toto expedire non curaverint hactenus neque curent in non modicum dicte Camere preiudicium et gravamen, nos volentes eiusdem Camere indemnitati super hoc opportune providere motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli, qui vigore gratiarum et litterarum huiusmodi mona-

steria, prioratus, preposituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et ordinum quorumcumque etiam militiarum[g] regularia, quorum fructus, redditus et proventus vigintiquattuor[h] florenorum auri de Camera communi extimatione valorem annuum excedunt, hactenus sunt adepti vel adipiscentur in posterum, ultramontani quidem infra octo, citramontani vero infra quattuor menses quoad[i] hactenus adepta et pacifice possessa ex nunc, quo vero ad ea, que nondum pacifice obtinent, tam iam collata quam, que in posterum conferentur eisdem vel unionis aut alio titulo ad eos pervenerunt seu pervenient in futurum, ex die habite pacifice possessionis illorum computandos litteras[j] nove provisionis, commende seu unionis vel alterius tituli, quo illa adepti sunt vel adipiscentur in posterum, desuper ex toto expeditas etiam in Camera prefata obtinere et debita propterea iura eidem Camere solvere teneantur et debeant, alioquin mensibus eisdem elapsis ecclesie, monasteria[k], prioratus, preposituere, prepositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende ceteraque beneficia huiusmodi vacare ex tunc et illorum, que commendata forent, commende cessare ac uniones et quevis alie concessiones de eisdem dissolute apud sedem predictam censeantur eo ipso, possitque et debeat per sedem ipsam et illius auctoritate dumtaxat et non alias ex tunc provideri libere de eisdem, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Et ut de premissis statuto et ordinatione nullus valeat ignorantiam allegare, volumus presentes litteras in Cancellaria apostolica publicari et in illius quinterno describi ac ex illarum registro huiusmodi litteras duplicatas „De curia" gratis ubique pro quocumque id petente expediri. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo[l], decimo septimo kalendas novembris pontificatus nostri anno decimo[1].

L‹eonardus› Grifus[2].

Lecta et publicata fuit suprascripta bulla Rome in Cancellaria apostolica, die XVII mensis[m] octobris anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo[n], pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti pape quarti[o] anno decimo[3].

Io‹hannesmatheus› de Calandrinis[4] custos.

---

[1] *1480 Oktober 16*.
[2] *Leonardus Grifus.*
[3] *1480 Oktober 17*.
[4] *Johannesmatheus de Calandrinis.*

---

[a] Quod - Camere *BL 2850, VL 6343; BL 2825* Contra non solventes annatas

[b] ad *fehlt VL 6343; BL 2850 über der Zeile ergänzt*
[c] diversis *fehlt BL 2850*
[d] quod illi *fehlt BL 2850*
[e] prout - continetur *fehlt BL 2850, VL 6343*
[f] predicta *fehlt BL 2850, VL 6343*
[g] etiam militiarum *fehlt BL 2850*
[h] vigintiquattuor *BL 2850, VL 6343* XXIIII
[i] quoad *VL 6343* quod ad
[j] litteras *fehlt BL 2850*
[k] ex nunc - monasteria *BL 2825 auf Rasur bzw. nachträglich eingefügt*
[l] incarnationis - octuagesimo *BL 2850, VL 6343* domini 1480
[m] XVII mensis *BL 2850, VL 6343* 17
[n] millesimo - octuagesimo *BL 2850, VL 6343* 1480
[o] quarti *VL 6343* IIII

## 193.

***BL 2825**, fol. 251r; **BL 2850**, fol. 229r-230r; **VL 6343**, fol. 221r-221v.*

MANDATUM, QUOD LITTERE REVOCATORIE FACULTATUM NUNTIIS APOSTOLICIS CONCESSARUM DENTUR DUPLICATE PETENTIBUS[a].

Cum nos alias motu proprio et ex certa scientia litteras apostolicas, que incipiunt „Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta[b1]“, super revocatione facultatum nuntiis et commissariis ac collectoribus fructuum etc. Camere apostolice debitorum a nobis concessarum sub data videlicet duodecimo kalendas novembris pontificatus nostri anno septimo[2] in quinterno Cancellarie apostolice descriptas pro volentibus illas de novo expedire sub data currenti, qua quomodolibet quilibet illarum expeditionem procurans indigebit, et per eandem Cancellariam per illius presidentes mandaverimus expediri, hinc est, quod nos considerantes in eisdem litteris revocationum facultatum huiusmodi nuntiis et commissariis ac collectoribus predictis duos menses a die publicationis earundem litterarum in Cancellaria apostolica ac Audientia contradictarum faciende computandos, quibus facultatibus eis per nos concessis uti possint, fore concessos et propterea, nisi de singularum litterarum revocatoriarum huiusmodi, quas, ut prefertur, sub data currenti mandavimus expediri, publicatione fides detur, eedem revocatorie littere nulli poterunt suffragari. Cupientes igitur circa premissa opportune providere venerabilibus fratribus nostris episcopo Portuensi[3] sancte Romane ecclesie vicecancellario et archiepiscopo Patraceno[4] Cancellariam apostolicam regenti et dilectis filiis litterarum apostolicarum correctori ac Audientie[c] contradictarum auditori, procuratoribus et aliis officialibus motu et scientia similibus

---

[1] *= Nr. 179.*
[2] *1477 Oktober 21.*
[3] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

mandamus, quatenus publicationes[d] opportunas singularum litterarum revocatoriarum predictarum, quas illarum expeditionem procurantibus sub quibusvis datis dictam datam duodecimo kalendas novembris pontificatus nostri anno septimo sequentibus concedi contigerit, etiam sub data currenti et eisdem procurantibus illarum expeditionem placente[e] sub litteris et bulla nostris ac alias in forma et, secundum quod per correctorem et procuratores predictos similia dari et expediri consueverunt, dent et concedant in omnibus et per omnia, ac si singule littere revocatorie predicte sub quibusvis datis expedite et[f] expediende singulis diebus a die XXV[g] mensis octobis anni MCCCCLXXVII[h5] citra in Cancellaria et Audientia predictis publicate et lecte fuissent ac legerentur et publicarentur, in contrarium facien(tibus) non obstantibus quibuscumque.

Placet motu proprio et ita mandamus et describatur, F‹ranciscus›[6].

---

[4] *Simon Vosich.*
[5] *1477 Oktober 25.*
[6] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] Mandatum - petentibus *BL 2850, VL 6343*
[b] providentia circumspecta *BL 2850* circumspecta providentia
[c] Audientie *VL 6343* Audientarum *(!)*
[d] publicationes *BL 2850, VL 6343* publicationis
[e] placente *BL 2850, VL 6343* petentibus
[f] expedite et *fehlt BL 2850, VL 6343*
[g] XXV *BL 2850* vigesima V
[h] MCCCCLXXVII *BL 2850, VL 6343* 1477

## 194.

***BL 2825**, fol. 251v; **BL 2850**, fol. 230r; **VL 6343**, fol. 221v.*

QUOD BULLE RESERVATIS BENEFICIIS EXPEDIANTUR[a].

Sixtus papa IIII[b] dilectis filiis regenti Cancellariam apostolicam et aliis officialibus, ad quos spectat expeditio litterarum bullarum, committimus et sub excomunicationis late sententie pena mandamus, ut quotiens in posterum continget reservare unum vel plura beneficia alicui, de cuius persona provisum fuerit, alicui ecclesie vel monasterio, non expediant bullas huiusmodi provisionum sine bullis reservationis beneficiorum. Officiali vero, ad quem spectat, registrare cedulas dictarum provisionum sub eadem pena iniungimus, ut[c], quamprimum ad eius manus pervenerint cedule, in quibus fiat mentio reservationis beneficiorum, id per eius cedualm officialibus Camere nostre apostolice significet, decernentes nihilominus, si secus fieri contingat, reservationes huiusmodi irritas esse et inanes et prop-

terea beneficia ipsa sic reservata vacare. Datum Rome in Palatio nostro apostolico, anno domini MCCCCLXXXII[d], die XXV[e] februarii pontificatus nostri anno undecimo[1].

Placet et ita mandamus, F‹ranciscus›[2].

---

[1] *1482 Februar 25.*
[2] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

---

[a] Quod - expediantur *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Breve, quod provisiones ecclesiarum et monasteriorum non expediantur sine litteris retentionum
[b] Sixtus - IIII *fehlt BL 2825*
[c] ut *BL 2850* et
[d] MCCCCLXXXII *BL 2850, VL 6343* 1482
[e] XXV *BL 2850, VL 6343* 25

## 195.

***BL 2825**, fol. 252r; **BL 2850**, fol. 231v; **VL 6343**, fol. 222v.*

RELATIO HABENTIS SIGNATURAM, QUOD PAPA VULT CONFESSIONALIA EXPEDIRI IN FORMA INFERIUS ANNOTATA[a].

Reverendissime in Christo pater et domine domine. Et benefactor in cohercione humilem tenere[b] contentatur, et vult sanctissimus dominus noster pro maiori remedio salutis animarum confiteri volentium, quod dominatio vestra reverendissima permittat expediri confessionalia in Cancellaria in forma inferius descripta, quam in ipsius Cancellarie quinterno describi mandet[c]. De cuius beatitudinis mandato et voluntate vive vocis oraculo mihi factis[d] eidem[e] dominationi[f] vestre reverendissime fidem facio per presentes mea propria manu subscriptas, cui me humiliter commendo. Ex palatio apostolico, die quinta[g] martii MCCCCLXXXIII[h1].

---

[1] *1483 März 5.*

---

[a] Relatio - annotata *BL 2850, VL 6343*
[b] cohercione - tenere *VL 6343* colen[me] humil(em) commendatam *(korrigiert aus* commendarum*); BL 2850* col[me] humil. commendatu(m)
[c] mandet *BL 2850, VL 6343* mandat
[d] mihi factis *BL 2850* tamen facto
[e] eidem *fehlt BL 2850*
[f] dominationi *fehlt BL 2850*
[g] die quinta *BL 2850* quinto
[h] MCCCCLXXXIII *Bl 2850* 1483*; VL 6343* 148III *(!)*

## 196.

***BL 2825**, fol. 263r; **BL 2850**, fol. 241r-242r; **VL 3883**, fol. 63v; **VL 6343**, fol. 229r-229v; **Druck:** TANGL, KO S. 205-207 Nr. 51 (nach BL 2825); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 40 Nr. 170.*

CONTRA SCRIPTORES INEPTE ETC. SCRIBENTES[a].

Cum, sicut accepimus, plerique litterarum apostolicarum scriptores incuria et negligentia quadam litteras ipsas incorrecte admodum ac incomposite et invenuste contra laudabilem Cancellarie apostolice consuetudinem scribant, propter quod tam nostro et apostolice sedis quam eorundem scriptorum honori et, quod deterius est, ipsarum litterarum fidei et auctoritati plurimum detrahitur, cum ille propter incorrectionem et deformationem caracterum nec non stili inobservantiam merito apud plerosque suspecte reddantur. Nos volentes super hiis de opportuno remedio providere motu proprio venerabili fratri nostro Roderico[1] episcopo Portuensi sancte Romane ecclesie vicecancellario nec non modernis et pro tempore existentibus in Cancellaria apostolica eiusdem vicecancellarii locumtenenti nec non assistentibus eisdem in expeditione earundem litterarum ac eiusdem Cancellarie senescallo per presentes districte mandamus, quatenus vicecancellarius et eius locumtenens litteras predictas per[b] scriptores predictos pro tempore scriptas, nisi correcte et composite ac iuxta stilum eiusdem Cancellarie scripte fuerint, nullo modo admittant ipsique assistentes ‹vel› senescallus, cum littere ipse incorrecte et incomposite huiusmodi sibi presentate fuerint, nullatenus eas expediendas prefato vicecancellario seu locumtenenti huiusmodi presentent, sed ipsas penitus reiciant et expensis scriptorum, qui eas male scripserint, rescribi faciant. Et nihilominus vicecancellarius et regens prefati, postquam eosdem scriptores, ut correcte, composite et secundum predictum stilum scribant, monuerint[c], scriptores ipsi, qui id non fecerint, eos et eorum quemlibet ab emolumentis officii litterarum earundem per tempus, de quo eis videbitur, suspendant et alias in premissis etiam pecuniariis penis per eos[d] adiectis ac irremissibiliter exigendis capelleque dictorum scriptorum applicandis[e] provideant, super quibus omnibus plenam et liberam ipsis damus potestatem. Et nihilominus, ut supradicta realiter executioni demandentur, predictis vicecancellario ac eius locumtenenti iniungimus, assistentibus vero et senescallo sub excommunicationis pena, quam contrafacientes eo ipso incurrant, mandamus, ut presens nostrum mandatum et in eo contenta observent et ab aliis observari omnino faciant[f] nec litteras per eosdem scriptores male, ut premittitur, scriptas admittant et expediant, sed rescribendas expensis eorum efficiant. Quos quidem scriptores contrafacientes, si puniti per supradictos non fuerint, nihilominus excommunicationis et pecuniarum ac alias penas predictas eo ipso incurrisse absque alia monitione declaramus, in contrarium facien(tibus) non obstantibus quibuscumque.

---

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Placet motu proprio et mandamus, F‹ranciscus[g]›.

Lectum et publicatum fuit suprascriptum mandatum, Rome in Cancellaria apostolica, die sabbati nona[h] mensis[i] iunii anno domini MCCCCLXXXI[j], pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti pape quarti[k] anno decimo[l2].

---

[2] *1481 Juni 9.*

---

[a] Contra - scribentes *BL 2825; BL 2850* Mandatum, quod littere apostolice correcte et iuxta stilum scribantur*; VL 3883* Sixtus. Vicecancellarius et regens reiciant litteras incorrectas et deformes, male scribentes et incorrigibiles puniant, rescribantur sumptibus errantium
[b] per *fehlt BL 2850*
[c] monuerint *BL 2850, VL 6343* meruerint
[d] eos *BL 2850, VL 6343* nos
[e] applicandis *VL 6343* applicandi
[f] faciant *fehlt BL 2850*
[g] Placet - Franciscus *fehlt VL 3883*
[h] nona *BL 2850, VL 6343* 9[a]
[i] mensis *fehlt BL 2850*
[j] MCCCCLXXXI *BL 2850, VL 6343* 1481
[k] quarti *VL 6343* IIII
[l] Lectum - decimo *fehlt VL 3883*

## 197.

***Reg. Lat. $$$; RV 876 Rubr.**, fol. 3v; **RV 876**, fol. 125v-135r (nicht kollationiert)(Bilder bestellen); **BL 2825**, fol. 274v-278r (= a), fol. 280r (= b); **BL 2850**, fol. 257v-267v (= a), fol. 272r-273r (= b); **VL 6343**, fol. 238r-243r (= a), fol. 245v (= b); **Teildruck:** BR 5, S. 251-259 Nr. 17 (mit Datum 1478 Januar 11); TANGL, KO S. 195-205 Nr. 50 (nach BR); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 37f. Nr. 160 (mit alter Foliierung). Die Liste der Abbreviatoren auch in **RV 986**, fol. 357r-364v.*

BULLA OFFICII ABBREVIATORUM[a].

| *BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a).* | *RV 876, BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b).* |
|---|---|
| | Alexander episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut suum ius cuilebet conservetur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam litterarum felicis recordationis Sixti pape quarti[b] predecessoris nostri in libro Cancellarie nostre compertum pro eo, quod, sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universorum magistrorum abbreviatorum litterarum apostolicarum fa- |

| | |
|---|---|
| | miliarium nostrorum petitio continebat, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis se asserunt, indigere, de libro ipso[c] de verbo ad verbum transcribi et ad ipsorum abbreviatorum supplicationis instantiam presentibus annotari fecimus, qui talis est: |

(1) Sixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Divina eterni Dei sapientia, que in sui dispositione non fallitur, non solum superiora et celestia, sed etiam inferiora et humana miro ordine, ratione perfecta et varietate decora disponit et ordinat, ut singula quoque licet operatione diversa, mutua tamen caritate et equitate inter se coniuncta esse videantur, et nulli ex rebus in supernis terrenisque ministeriis ordinatis suos terminos egredi liceret[d].

---

[a] Bulla - abbreviatorum *BL 2825(a); BL 2850(a), VL 6343(a) folgt* litterarum apostolicarum per Sixtum papam IIII*; BL 2825(b)* Confirmatio et innovatio collegii dominorum abbreviatorum domini Alexandri pape VI*; BL 2850(b), VL 6343(b)* Littere provisionis super litteris officii abbreviatorum litterarum apostolicarum editarum *(!)* per dominum Sixtum papam IIII*; RV 876 Rubr.* Confirmatio bulle domini Sixti super officio abbreviatorum
[b] quarti *BL 2850(b), VL 6343(b)* IIII
[c] ipso *BL 2850, VL 6343* isto
[d] et humana miro ordine - liceret *BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)* ut supra in precedenti bulla de verbo ad verbum registratur et habetur etc.

(2)[a] Qua consideratione predecessores nostri Romani pontifices, ut verisimiliter credi potest, inducti ad queque certa ratione iubente in primis ecclesiam Dei universam, cuius caput Romana ecclesia esse dinoscitur, legibus, constitutionibus, moribus et decretis summa diligentia, vigilantia indefessa et ordinatione irreprehensibili dirigere, instituere et stabilire conati sunt.

---

[a] *(2) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(3)[a] Quorum vestigia, quantum a nobis fieri potest, una cum fratribus nostris imitari satagentes, prolapsa reducere, excessiva corrigere, defectus supplere, errata emendare et omnia ad probatissimum ordinem et semitam rectam perducere omni studio vigilamus, sperantes in eo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum affluenter procedit, quod conatus nostros adiuvare dignabitur.

---

[a] *(3) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(4)[a] Dudum siquidem felicis recordationis Paulus papa II predecessor noster tempore sue assumptionis ad apostolatus apicem quandam ordinationem per recolende memorie Pium papam II etiam predecessorem nostrum de septuaginta abbreviatoribus litterarum apostolicarum certis de causis factam et ordinatam ex aliis causis iustis et honestis tunc animum predicti Pauli predecessoris moventibus eisdem abbreviatoribus de certis pecuniis pro necessitate dicti Pii predecessoris ac eiusdem Romane ecclesie et provisione contra Turcos tunc imminente persolutis - integra prius restitutione facta - revocavit et annullavit et assignata certa portione emolumentorum officii abbreviatorie scilicet venerabili fratri nostro Roderico[1] episcopo Portuensi tunc sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali sancte Romane ecclesie vicecancellario pro quibusdam familiaribus suis iuxta arbitrium eiusdem vicecancellarii nec non viginti florenorum auri de Camera cuilibet ex dilectis filiis duodecim abbreviatoribus de parco maiori, residuum vero, quod inde superexcrescebat, in alios usus convertit[2].

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja.*
[2] *= Paul II. Nr. 183f.*

[a] *(4) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(5)[a] Nos vero, qui dicto Paulo predecessore, sicut Domino placuit, de medio sublato fuimus divina favente clementia in sede Petri collocati existimantes decere Romanum pontificem omni tempore, sed precipue in assumptione sui apostolatus magna liberalitate uti, dictam partem, quam prefatus Paulus in alios usus converterat, dicto vicecancellario et locumtenenti suo ac referendario commissionum nec non eisdem de parco maiori ac diversis tam abbreviatoribus quam aliis curialibus nostris quoque et venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium familiaribus ad arbitrium et discretionem dicti Roderici vicecancellarii distribuendam liberaliter remisimus et condonavimus.

[a] *(5) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(6)[a] Que quidem donatio additis quinque florenorum similibus pro quolibet ex dictis abbreviatoribus de maiori presidentia per septem annos continuos integraliter et sine diminutione effectum sortita extitit, que quidem omnia sic per ipsum vicecancellarium distributa ac dispensata grata et rata habuimus, quemadmodum etiam tenore presentium approbamus et approbata esse volumus.

[a] *(6) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(7)[a] Nuper vero propter pestilentiam, que urbem Romanam et loca circumvicina estate proxima vexavit, et propter arma bellica, que necessario licet inviti contra hostes ecclesie suscipere coacti fuimus, et ob varias temporum difficultates - cessantibus et diminutis magna ex parte emolumentis et proventibus officii abbreviatorie huiusmodi -, cum aliis abbreviatoribus huiusmodi emolumenta in Cancellaria percipere consuetis non fuerint, a quibusdam mensibus citra stabilita salaria persoluta diversa clamores, iurgia ac quamplurime querele ad nos perlata fuerunt.

---

[a] *(7) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(8)[a] Nos igitur considerantes, quod, si aliquis certus abbreviatorum numerus sub iustis et honestis conditionibus habita etiam personarum consideratione institueretur, per quos negotia Cancellarie apostolice expedirentur et ordo debitus in expeditione litterarum apostolicarum rectius observaretur ipsique abbreviatores honore premioque allecti adhibita exercitatione peritiores in posterum efficerentur, ex quo apostolice sedis et Cancellarie predicte honori atque auctoritati et partium commoditati magis consuleretur, super hiis cum Roderico vicecancellario et aliis fratribus nostris predictis communicato consilio de prefati Roderici et fratrum nostrorum eorundem consensu omnes et singulas portiones et assignationes dictorum emolumentorum ac aliorum quorumcumque[b] dispositionem, quas tam dictus Rodericus vicecancellarius quam eius locumtenens et referendarius commissionum et alii omnes tam de prima presidentia quam de minori parco et alii in certis rotulis descripti et describi soliti hactenus perceperunt, ac omnia et singula litteras, constitutiones, ordinationes, dispositiones, concessiones, statuta, privilegia et indulta apostolica quecumque a nobis seu predecessoribus nostris Romanis pontificibus sub quibuscumque verborum formis et expressionibus cum quibuscumque etiam fortioribus et insolitis ac derogatoriarum derogatoriis clausulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, super premissis portionibus et earum assignatione hactenus emanata et presentibus litteris nostris et eorum effectui quomodolibet contraria, que presentibus haberi volumus pro expressis, cassantes, irritantes, supprimentes et penitus extinguentes ac pro nullis et infectis haberi volentes de dictis officiis et emolumentis abbreviatorie ordinationem facimus infrascriptam, quam perpetuis futuris temporibus stabilem esse et ab omnibus inviolabiliter observari volumus et mandamus.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

---

[a] *(8) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[b] quorumcumque *BL 2850(a), VL 6343(a)* quamcumque

ABBREVIATORES XII DE PARCO MAIORI, XXII DE MINORI, XXXVIII DE PRIMA VISIONE[a].

(9)[b] In primis suffragante divino spiritu et conscientie puritate previa auctoritate apostolica tenore presentium de expresso dictorum fratrum consilio et assensu ac plenitudine potestatis ac irrefragabili constitutione statuimus, decernimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in Cancellaria apostolica preter alios eiusdem officiales sint et esse debeant septuaginta duo abbreviatores dumtaxat, inter quos duodecim presidentes de parco maiori, viginti duo de parco minori, reliqui vero examinantes litteras in prima visione abbreviatores nuncupentur et existant et etiam unum collegium invicem constituant, preter quos nulli liceat in huiusmodi abbreviatorie officio apostolicas litteras signare, qui Romano pontifici et ipsi Roderico ac vicecancellario pro tempore existenti dumtaxat et nemini alteri subsint.

---

[a] Abbreviatores - visione *BL 2825(a)*; *VL 6343(a)* Incipit statutum Sixti pape IIII / Abbreviatores XII de parco maiori, XXII de minori, XXXVIII de prima visione
[b] *(9) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

ET OFFICIA ABBREVIATORUM NON SUNT INCOMPATIBILIA CUM CETERIS ROMANE CURIE OFFICIIS[a].

(10)[b] Et eorundem septuaginta duorum[c] abbreviatorum officia cum quibusvis aliis officiis Romane curie et Cancellarie apostolice predicte nullatenus incompatibilia censeantur, sed possint per unum et eundem cum quibusvis etiam pluribus aliis officiis dicte curie absque indulto et dispensatione qualibet libere retineri nec admittantur ad illa nisi viri probi et in etate decenti constituti ac in exercitio abbreviatorie instructi vel, qui sint idonei et apti, ut instruantur, honestum habitum ad instar scriptorum apostolicorum deferentes et secundum eorum et cuiuslibet ipsorum sufficientiam occurente vacatione ad primum examen et de primo examine seu prima visione ad minorem parcum et de illo ad presidentiam de parco maiori alias iuxta ordinationes pie memorie Benedicti pape XII[1] et Calixti III[2] Romanorum pontificum etiam predecessorum nostrorum assumantur et in assecutione locorum pro tempore vacantium quibusvis aliis, qui de dicto collegio non forent, ceteris paribus preferantur.

---

[1] *= Benedikt XII. Nr. 35B (rechte Spalte).*
[2] *= Calixt III. Nr. 130.*

---

[a] Et - officiis *VL 6343(a)*

[b] *(10) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[c] duorum *BL 2825(a), BL 2850(a) VL 6343(a)* quattuor

Emolumenta quanta. Mandatis de expediendo gratis abbreviatores non tenentur parere. Exceptio[a].

(11)[b] Et quod emolumenta dictorum abbreviatorum sint una taxa equalis taxe, que datur pro grossa dictarum litterarum apostolicarum scriptoribus pro quibusvis litteris, quas per Cancellariam eandem aut Cameram seu alias quomodolibet pro tempore expediri continget cum supplicatione vel sine, etiam super consistorialibus ecclesiarum et monasteriorum ac aliorum quorumcumque beneficiorum, absque tamen nostrorum et dicte sedis notariorum de numero participantium existentium ac eiusdem Cancellarie senescalli pro tempore existentis ac ipsius senescallie preiudicio - provisionibus et illas concernentibus[c] litteris sine supplicatione de iustitia communiter appellatis ac per dilectos filios secretarios nostros de emolumentis Cancellarie predicte participantes expediri debitis et consuetis dumtaxat exceptis - et exigantur in communi per tres ex dictis abbreviatoribus, quorum unus per abbreviatores maioris presidentie secundum ordinem eorum, alii vero duo per reliquos abbreviatores cum onere tenendi tres libros computorum singulis mensibus cum salariis pro de parco maiori quinque, pro aliis vero duobus deputandis trium florenorum similium pro quolibet ipsorum duorum deputentur, et colligantur et in ipsis libris more solito fideliter annotentur - iuramento per ipsos prestito in manibus prefati vicecancellarii vel eius locumtenentis de fideliter officium suum exercendo et de collecta pecunia integre reddenda et persolvenda, dimissis pro labore abbreviatorum grossis quinque, prout hactenus consuetum fuit -, qua summa quinque grossorum contenti esse debeant et nihil ultra percipere, declarantes et volentes, quod pecunie ipse sic collecte in primo mense apud illum de parco maiori, in aliis vero duobus mensibus apud ipsos duos alios ut supra deputatos a collegio successive remaneant et fideliter conserventur et in fine cuiuslibet mensis distributiones et emolumenta predicta per ipsos receptores diligenter et fideliter - deductis salariis et aliis oneribus pro tempore - taliter dividantur et assignentur, videlicet ex omnibus pecuniis ut supra collectis quilibet de parco maiori unam et dimidiam et singuli ex aliis unam tantum partem habeant, ut puta si quilibet ex aliis preterquam de parco maiori sex, singuli de maiori presidentia abbreviatores prefati novem florenos percipiant, mandantes de mense in mensem predictum ordinem et modum in colligendis, servandis et distribuendis pecuniis ipsis fideliter et inviolabiliter continuari et observari debere nec pretextu cuiusvis mandati de expediendo litteras huiusmodi gratis etiam in officio eorundem abbre-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

viatorum quavis consideratione per nos et sedem apostolicam etiam motu proprio et ex certa scientia et ‹sub› quibusvis censuris et penis ecclesiasticis seu pecuniariis pro tempore concessi ab huiusmodi taxe exactione abstinere et mandatis huiusmodi parere teneantur quoquo modo nec sub censuris predictis vigore dictorum mandatorum comprehendantur preterquam nostrorum et dicti Roderici et pro tempore existentis vicecancellarii familiarium continuorum commensalium ac illorum, qui ex privilegiis hactenus observatis vel consuetudine gratis expedire consueverunt.

---

[a] Emolumenta - Exceptio *VL 6343(a)*
[b] *(11) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[c] concernentibus *BL 2850(a)* considerantibus

PRO DISTRIBUTIONE[a].

(12)[b] Supplicationes quoque per nos et successores nostros Romanos pontifices in nostra vel eorum presentia seu alias quomodolibet signate per magistros et clericos registri earundem sub excommunicationis late sententie et officiorum, que in eodem registro obtinent, privationis pena eo ipso incurrenda ad prefatum Rodericum episcopum et pro tempore existentem vicecancellarium vel eius in absentia dicti vicecancellarii locumtenentem deferantur et per eum, si hoc facere voluerit, vel per distributorem per dictum vicecancellarium pro tempore ex numero dictorum septuaginta duorum deputatum cum salario sex ducatorum similium iuxta rerum difficultates et materiarum exigentiam sub excommunicationis pena et dicti salarii sui privatione dictis septuaginta duobus abbreviatoribus et non aliis - servata iustitia et equalitate - iuxta formam perceptionis emolumentorum, videlicet quando uni ex aliis due abbreviatori de prima presidentia tres tantum supplicationes distribuantur et abbreviatoribus, quibus distribute fuerint, omni fraude et dolo cessantibus consignentur, descriptis prius et annotatis dictis distributionibus in duobus libellis per ipsum distributorem deputatum, quorum unum in domo dicti vicecancellarii, ubi dicta Cancellaria pro tempore tenetur, ut omnibus patere possit, alterum apud se tenere et conservare debeat, declarato tamen, quod ipse distributor pro tempore sibi ipsi minime distribuere possit, et, ut abbreviatores ipsi tam de parco minori quam in[c] prima visione ad huiusmodi exercitium examinandi[d] facilius alliciantur, quod de qualibet littera, quam in prima visione examinaverint, unum Turonensem accipere possint et habere debeant pro labore, ita tamen quod gratiosa et executoria desuper littere quoad hoc pro una bulla reputentur et unus dumtaxat grossus duobus ex eis illas signantibus exsolvatur.

---

[a] Pro distributione *VL 6343(a)*
[b] *(12) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[c] in *fehlt BL 2850(a), VL 6343(a)*
[d] *Tangl folgt* litteras in prima visione digne et laudabiliter exequendum

(13)[a] Item statuimus et ordinamus, quod nullus dictorum abbreviatorum tam maioris quam minoris presidentie ab aliquo abbreviatore minutas suas per se conficiente, nisi minuta ipsa sit omnino male composita vel difficilis admodum correctionis, pro correctione cuiuslibet minute et illius iudicatura ac expeditione ultra tres grossos percipere non debeat, ita tamen quod expeditionem eius non audeat quovis modo sine rationabili causa recusare et tam littere gratiose quam executorie, ut sunt, pro unica minuta et expeditione computentur.

---

[a] *(13) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

De consistorialibus[a].

(14)[b] De provisionibus vero consistorialibus consuetum duorum similium florenorum de taxa ipsis abbreviatoribus ut supra solvenda computandorum abbreviatores de prima presidentia predicti pro ipsarum minutis et expeditione percipiant salarium.

---

[a] De consistorialibus *VL 6343(a)*
[b] *(14) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

Quod abbreviatores habeant unam capellam[a].

(15)[b] Et quia sine divina gratia nihil feliciter procedere potest ad illam impetrandam, quod omnes abbreviatores de numero septuaginta duorum huiusmodi habeant unam capellam et altare portatile, super quo in domo vicecancellarii in loco ad hoc congruo et honesto missam omnibus diebus, quibus ipsa Cancellaria tenebitur, cum collecta semper pro Romano pontifice, que incipit „Deus omnium fidelium pastor et rector famulum tuum Sixtum“ etc. celebrari faciant.

---

[a] Quod - capellam *VL 6343(a)*
[b] *(15) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(16)[a] Quodque abbreviatoribus, qui cedentibus vel decedentibus aliquibus ex infrascriptis, quos in abbreviatores dictarum litterarum hac vice una cum prefato Roderico vicecancellario recipimus et collegio predicto iuxta ordinem descriptionis eorum, que infra fiet, aggregamus et aliis, qui pro tempore erunt, abbreviatoribus predicti collegii eorum loca et officia

alias quomodolibet dimittentibus illi, qui ad collegium ipsum loco cedentium vel decedentium aut dimittentium admittentur, quattuor florenos auri de Camera pro dicta capella seu capellano et preter illos pro iocalibus et eorum receptione ad officium ipsum ducatos sex, quorum duos vicecancellarius et reliquos quattuor distributor et deputati predicti ad pecunias colligendas, scilicet quilibet unum, percipiant, et similiter pro concessione eiusdem officii, quam a nobis aut sede apostolica vel vicecancellario pro officiis, que ad eius dispositionem spectabunt, obtinebunt, dum per liberam resignationem illa obtinentium vacabunt, medietatem eiusque, quod pro simili concessione officii scriptorie scriptores persolvunt Romano pontifici aut vicecancellario, a quo concessionem ipsam habebunt, id est florenorum similes quinquaginta, dumtaxat et non ultra solvere teneantur.

---

[a] *(16) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(17)[a] Et tam illi quam primitus admissi etiam de eadem maiori presidentia de eorum emolumentis et officiis, prout scriptores huiusmodi de suis disponunt, disponere illaque resignare libere et licite possint, nosque et successores nostri ac ipse Rodericus et vicecancellarius pro tempore existens resignationes sive cessiones huiusmodi admittere et illis, in quorum favorem resignationes sive cessiones ipse facte fuerint, de huiusmodi officiis providere teneantur.

---

[a] *(17) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(18)[a] Et insuper, quod omnes et singuli tam presidentes quam de minori parco et ordinarii abbreviatores huiusmodi omnibus et singulis constitutionibus, statutis, ordinationibus, privilegiis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, declarationibus, prerogativis, antelationibus, concessionibus, favoribus et indultis quibuscumque gaudeant, potiantur et utantur pariformiter et absque ulla differentia sicut dictarum litterarum scriptores prefati etiam quoad hoc ut familiares nostri et successorum nostrorum Romanorum pontificum perpetuo et in quibuscumque litteris apostolicis tales etiam magistri nominentur et pro talibus ubilibet habeantur et littere apostolice gratiam et iustitiam concernentes pro duodecim presidentibus de parco maiori iuxta eorum privilegia pro dictis vero de novo creatis septuaginta duobus[b] abbreviatoribus gratis etiam in omnibus officiis pro personis ipsorum dumtaxat expediantur sicut et eo modo, quo expediuntur littere scriptorum eorundem, extendentes ea omnia ad prefatos septuaginta duos abbreviatores ac mandantes ea sub penis et censuris in illis contentis etiam quoad predictos septuaginta duos abbreviatores

firmiter observari in omnibus et per omnia, ac si illa dictis septuaginta duobus abbreviatoribus de verbo ad verbum concessa forent, concedentes insuper plenam et liberam facultatem ac de uberioris dono gratie indulgentes ipsorum septuaginta duorum abbreviatorum collegio statuta et ordinationes ac quecumque alia ipsius collegii et abbreviatorum eorundem commodum, decus, quietem et directionem pro tempore concernentia condendi et ordinandi, decernentes harum serie huiusmodi ipsorum abbreviatorum ordinationes et statuta licita tamen et honesta pro tempore facta plenam roboris firmitatem perpetuis temporibus obtinere et ab ipsis omnibus firmiter observari debere.

---

[a] *(18) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[b] duobus *fehlt BL 2825(a), BL 2850(a), VL 6343(a)*

Abbreviatores possunt contrahere matrimonium[a].

(19)[b] Et quod transsumptum sive tenor presentium litterarum et cuiuslibet partis earundem et privilegiorum scriptorum predictorum pari modo, quo tenor litterarum Cancellarie indigentibus detur et illi stetur in iudicio et extra, prout tenori regularum earundem stari consuevit, liceatque singulis abbreviatoribus predictis in sacris ordinibus non constitutis pro tempore existentibus matrimonium etiam cum viduis absque alia dispensatione seu licentia sedis predicte libere contrahere.

---

[a] Abbreviatores - matrimonium *VL 6343(a)*
[b] *(19) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(20)[a] Porro quia de taxa litterarum apostolicarum, que expediuntur per Cameram prefatam, septuaginta duo abbreviatores notitiam forsan habere non poterunt plenariam, volumus, quod littere predicte, de quibus taxa huiusmodi solvenda esset, sine subscriptione infra plicam bulle circa medium per dictos collectores pro tempore deputatos expedite viribus careant, districtius inhibentes tam referendariis, secretariis, plumbatoribus, registratoribus, magistris in registro, scribis et notariis etiam Camere apostolice quam aliis quibuscumque officialibus nostris et dicte sedis pro tempore existentibus sub excommunicationis late sententie, a qua absolvi non possint nisi per Romanum pontificem et in mortis articulo constituti satisfactione previa, ac emolumentorum suorum officiorum privationis penis, ut litteras huiusmodi, sic, ut prefertur, non signatas nullatenus admittant sive expediant, sed illas illico ad deputatos predictos signandas remittant.

---

[a] *(20) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

HEC EXCEPTIO FACIT DISTINCTIONEM INTER CORRECTORIE ET ABBREVIATORIE OFFICIA[a].

(21)[b] Et cum prefatus Rodericus episcopus et vicecancellarius, qui eiusdem ecclesie vicecancellariatus officium multis annis eximia virtute, solertissima et exactissima diligentia laudabiliter gubernavit et ecclesiam ipsam pluries etiam propriis facultatibus non parcendo adiuvit et cuius personam ob eius preclara merita in nos et dictam sedem collata etiam in hac temporum difficultate aliis in rebus, prout nobis et eisdem venerabilibus fratribus nostris visum est, peramplius recompensare intendamus, pro nunc tamen, ne ex ordinatione huiusmodi, in quam ipse, ut prefertur, consensit, nimium dispendium patiatur, eius indemnitati aliqualiter consulere volentes et, ne pro eo, quia ad eundem Rodericum episcopum et vicecancellarium etiam ex concessione nostra omnium dicte Cancellarie officiorum - correctorie et scriptorum ipsarum litterarum nec non notariorum eiusdem sedis officiis dumtaxat exceptis - libera dispositio pertinere dinoscitur, contingat in dubium revocari, an ipse de huiusmodi abbreviatorie officiis utpote noviter modo predicto per nos ordinatis post factam sibi per nos concessionem predictam disponere debeat, providere volentes de similibus consilio et assensu fratrum predictorum volumus et etiam auctoritate prefata statuimus et ordinamus, quod ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii in Cancellaria prefata locumtenens, qui expeditioni litterarum earundem vacat et ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii plerumque ad id vacare impediti in ipsa expeditione vices gerit, unum[c] et referendarius causarum commissionum, qui commissiones ipsas examinat diligenter et illarum vim et effectum eidem Roderico episcopo et vicecancellario fideliter refert et eius nomine et vice nonnumquam signat et signatarum per nos commissionum seu in presentia nostra et pro tempore existentis Romani pontificis signaturas extendit, nunc et pro tempore existentes aliud ex dictis septuaginta duobus abbreviatorie officiis pro quolibet eorum obtineant ac percipiant unam pro quolibet portionem emolumentorum earundem equalem aliis portionibus aliorum preterquam de prima presidentia abbreviatorum predictorum possintque ab officiis et emolumentorum perceptione huiusmodi pro solo ipsius Roderici episcopi et vicecancellarii aut alterius ad hoc ab eo specialiter deputati nutu amoveri et alii eorum loco surrogari totiens, quotiens sibi videbitur et placebit.

---

[a] Hec - officia *VL 6343(a)*
[b] *(21) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[c] *Tangl folgt* et unus

VICECANCELLARIUS 6 DE MAIORI PRESIDENTIA ET DE MINORI 15 ABBREVIATORIE OFFICIORUM DISPOSITIONEM HABET[a].

(22)[b] Et quod dilectorum filiorum magistrorum Iohannis de Borgia[1] correctoris, Nicolai de Castello[2], Ferrarii de Gualbis[3], Gregorii de Puteo[4], Nicolai Bregeonis[5] et Alberti Cock[6] numero sex de maiori presidentia ac de minori parco septem scilicet Ludovici Podocathari[7], Laurentii de Mancinis[8], Iohannis Andree de Regio[9], Iacobi Battafoglio[10], Stephani de Caciis[11], Iohannis Victoris[12] et Francisci de Arrianis de Parma[13] nec non octo examinantium in prima visione scilicet Francisci de Maximis[14], Ieronimi Pauli[15], Iacobi Fiela[16], Iohannis de Rio[17], Petri Leopardi[18], Iacobi Casanova[19], Iohannis Lopis[20] et Francisci Gacet[21] abbreviatorum earundem litterarum abbreviatorie officia et loca, dum per cessum vel decessum aut promotionem, privationem seu quamvis dimissionem predictorum et aliorum quorumcumque, qui officia et loca ipsa pro tempore obtinebunt, ad liberam ipsius Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem pertineant, possitque et debeat ipse Rodericus episcopus et pro tempore existens vicecancellarius aut per eum ad hoc specialiter deputatus illorum resignationes recipere et admittere ac per suas litteras suo sigillo pendente munitas de illis, dum pro tempore qualitercumque vacaverint, per se ipsum sive eius locumtenentem seu ad hoc ab eo[c] speciale mandatum habentem personis idoneis providere et exigentibus personarum meritis et sufficientia super earundem personarum, quibus ipse provideret, de huiusmodi officiis et locis requisitarum qualitatum defectu, cum sibi placuerit, aut deputando huiusmodi dispensare et easdem personas ad ipsa officia et loca obtinenda - non obstantibus predictorum Benedicti et Calixti litteris prefatis - sufficienter habilitare et illi, quibus de eisdem officiis et locis ipse Rodericus episcopus et pro tempore existens vicecancellarius seu deputandus duxerit suis litteris providendum, ad officia

---

[1] *Johannes Borgia.*
[2] *Nicolaus Manni de Castello.*
[3] *Ferrarius Nicolai de Gualbis.*
[4] *Gregorius de Puteo.*
[5] *Nicolaus Bregeon.*
[6] *Albertus Cock.*
[7] *Ludovicus Podocatharus.*
[8] *Laurentius de Mancinis.*
[9] *Johannes Andree de Regio.*
[10] *Jacobus Battafoglio*
[11] *Stephanus de Caciis.*
[12] *Johannes Victoris.*
[13] *Franciscus de Arrianis de Parma.*
[14] *Franciscus de Maximis.*
[15] *Hieronimus Pauli.*
[16] *Jacobus Fiela.*
[17] *Johannes de Rio.*
[18] *Petrus Leopardi.*
[19] *Jacobus Casanova.*
[20] *Johannes Lopis.*
[21] *Franciscus Gacet.*

et loca ipsa absque aliqua alia provisione recipiantur et admittantur, ita quod dicte littere prefati Roderici episcopi seu ad hoc ab eo specialiter deputandi vel pro tempore existentis vicecancellarii, quas absque aliarum litterarum apostolicarum desuper conficiendarum expeditione perpetue firmitatis robur obtinere decernimus hiis, quibus officia ipsa et loca concesserit et assignaverit, plenissime et per omnia[d] valeant et suffragentur, ac si super ipsis officiis et locis littere apostolice confecte et expedite fuissent; quodque recepti ad officia et loca, ad que recepti fuerint, suo ordine collocentur sicque continuo per ipsum Rodericum episcopum et pro tempore existentem vicecancellarium absque contradictione qualibet observetur, decernentes de similibus consilio et assensu fratrum predictorum, quidquid secus super hiis ad prefati Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem, ut premittitur, spectantibus officiis etiam a nobis aut successoribus nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus absque expresso prefati Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii consensu contingeret attemptari, irritum et inane nulliusque roboris vel momenti existere.

---

[a] Vicecancellarius - habet *VL 6343(a)*
[b] *(22) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[c] ab eo *fehlt BL 2850(a), VL 6343(a)*
[d] hiis - omnia *fehlt BL 2850(a) VL 6343(a)*

(23)[a] Reliquorum vero, quorum nomina et cognomina sequuntur, et sunt hec de maiori presidentia venerabilis frater noster Iohannes de Montemirabili[1] episcopus Vasionensis, magistri Iacobus Bigneti[2], Iacobus de Rizonibus[3], Celsus de Milinis[4], Benedictus de Maffeis[5] et Augustinus de Urbino[6], quindecim vero de parco minori scilicet magistri Marcellus de Rusticis[7], Sinibaldus de Spada[8], Nicolaus Garilliati[9], Nicolaus de Benzis[10], Augustinus de Maffeis[11], Sinolfus Octerii de comitibus Montorii[12], Ludovicus de Sancto Geminiano[13], Iohannes Gerona[14], Iohannes Horn[15], Petrus Tenini[16], Dionisius de Vincentia[17], Paulus de

---

[1] *Johannes de Montemirabili.*
[2] *Jacobus Bigneti.*
[3] *Jacobus de Rizonibus.*
[4] *Celsus de Millinis.*
[5] *Benedictus de Maffeis.*
[6] *Augustinus de Stacholis de Urbino*.
[7] *Marcellus de Rusticis.*
[8] *Sinibaldus de Spada.*
[9] *Nicolaus Gariliati.*
[10] *Nicolaus Bonsignori de Benzis.*
[11] *Augustinus de Maffeis*.
[12] *Sinolfus de Castro Otherio de comitibus Montorii.*
[13] *Ludovicus de Sancto Geminiano.*
[14] *Johannes Gerones.*

Montonis de Tervisio[18], Iacobus Nicolai de Vulterris[19], Iacobus de Aretio[20] et Aloisius de Maffeis[21] nec non viginti octo de prima visione magistri Antonius de Forlivio[22], Lucas de Lenis[23] etiam apostolice Camere clerici, Anellus Archamonus[24], Nicolaus de Tongues[25], Antonius Ingheramius[26], Iohannes de Madiis[27], Gaspar ala Fiera[28], Stephanus Cotta[29], Nicolaus de Gottifredis[30], Leobrunus de Fulgineo[31], Franciscus de Suno[32], Petrus de Eugubio[33], Petrus Altissen[34], Bartholomeus de Bucino[35], Carolus Berardus de Cesena[36], Forteguerra de Franchis de Luca[37], Christoforus de Sexto[38], Lucianus de Firmo[39], Cathalanus Casalius[40], Matheus Palmerius[41], Eugenius Condulmario[42], Iohannes Franciscus Marasca[43], Augustinus Patricius[44], Benincasa Anconitanus[45], Petrus Cicala[46], Sabbas de Cardellis[47], Cesar de Montalbedinis[48] et Camillus de Geraldinis[49] et eorum loco per quamcumque vacationem seu aliam dimissionem ad huiusmodi officia substituendorum officiorum et locorum abbreviatorie et litterarum huiusmodi dispositio ad nos et pro tempore existentem Romanum pontificem pertineat, ita ut idem Rodericus episcopus et vicecancellarius etiam pretextu per nos sibi dudum generaliter concesse facultatis predicte dispo-

---

15 *Johannes Horn.*
16 *Petrus Tenini*.
17 *Dionisius Jacobi*.
18 *Paulus de Montonis de Tervisio.*
19 *Jacobus Nicolai de Gerardis de Vulterris.*
20 *Jacobus Nicolai de Aretio.*
21 *Aloisius de Maffeis.*
22 *Antonius de Forlivio*.
23 *Lucas de Lenis.*
24 *Anellus Archamonus.*
25 *Nicolaus de Tongues.*
26 *Antonius Ingheramius.*
27 *Johannes de Madiis.*
28 *Gaspar de la Fiera.*
29 *Stephanus Cotta.*
30 *Nicolaus Antonius de Gottifredis.*
31 *Leobrunus de Fulgineo*.
32 *Franciscus de Suno.*
33 *Petrus de Marionibus de Eugubio.*
34 *Petrus Altissen.*
35 *Bartholomeus Petri de comitibus de Bucino.*
36 *Carolus Berardus de Cesena.*
37 *Forteguerra de Franchis de Luca.*
38 *Christophorus de Sexto.*
39 *Lucianus de Firmo.*
40 *Catalanus Casalius*.
41 *Matheus Johannis Palmerius*.
42 *Eugenius Condulmario.*
43 *Johannes Franciscus Marasca*.
44 *Augustinus Patricius.*
45 *Benincasa de Benincasis.*
46 *Petrus Cicala*.
47 *Sabbas de Cardellis.*
48 *Cesar de Montalbedinis.*

nendi de locis et officiis Cancellarie predicte de ipsorum reliquorum abbreviatorie officiorum ad nos, ut prefertur, pertinentium, dum vacabant, dispositione *(!)* nequeat impedire, non intendentes tamen facultati predicte propter hoc aut ex eo, quod ipse Rodericus episcopus et vicecancellarius ea forsitan hactenus usus non foret, in aliquo derogatum censeri, immo licere sibi, cum voluerit, ea quam presentium tenore sibi pro potiori cautele suffragio iuxta litterarum nostrarum desuper continentiam atque formam de eorundem fratrum consilio et assensu etiam de novo ad uberiorem cautelam concedimus, cum sibi placuerit, libere uti.

---

[49] *Camillus de Geraldinis.*

---

[a] *(23) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*

(24)[a] Et ut premissa omnia saltem metu pene firmius et validius observentur, omnibus et singulis, quos presens tangit negotium, etiam sub pena excommunicationis precipimus et mandamus, quatenus premissa omnia et singula, prout superius continentur - sublata eis quacumque alia interpretandi facultate et auctoritate - inviolabiliter observentur, mandantes ipsi Roderico episcopo et pro tempore existenti vicecancellario, ut omnia predicta sub penis arbitrio suo inferendis faciat ab omnibus inviolabiliter observari, decernentes presentibus litteris nostris et earum singulis clausulis per quascumque alias litteras seu mandata apostolica nullatenus in aliquo derogatum censeri, nisi littere et mandata derogatoria huiusmodi consistorialiter et de simili fratrum nostrorum consensu[b] fuerint expedita, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non omnibus illis, que in dictis litteris et privilegiis scriptoribus ipsis concessis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, cassationis, irritationis, suppressionis, extinctionis, mandati, constitutionis, decreti, ordinationis, declarationis, statuti, receptionis, aggregationis, extensionis, concessionis, indulti, inhibitionis, intentionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[c] millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo[d],

tertio idus ianuarii pontificatus nostri anno octavo[1]. L‹eonardus› Grifus[2], Sinolphus[3]. A tergo „Registrata in Camera apostolica", G‹aspar› Blondus[4].

De mandato sanctissimi domini nostri pape Alexandri pape VI subscripsi N‹icolaus› de Gottifredis[5] custos[e].

| | |
|---|---|
| | Ceterum, ut earundem litterarum tenor predictus sic inscitus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, auctoritate apostolica decernimus, ut illud idem robur, eandem vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habet, que haberent originales littere predicte, ac etiam prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque et ubicumque sive in iudicio sive alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, et eidem tenori firmiter stetur in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum ius cuiquam de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo observari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitiutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto[f], quarto kalendas iunii pontificatus nostri anno secundo[6]. |

[1] *1479 Januar 11.*
[2] *Leonardus Grifus.*
[3] *Sinolfus de Castro Otherio de comitibus Montorii.*
[4] *Gaspar Blondus.*
[5] *Nicolaus Antonius de Gottifredis.*
[6] *1494 Mai 29.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

| | |
|---|---|
| | M‹aturinus› Robini[7]. L‹udovicus› Podocatharus[8]. Ita habetur in originali bulla N‹icolaus› de Gottifredis[9] custos. |

[7] *Maturinus Robini.*
[8] *Ludovicus Podocatharus***.**
[9] *Nicolaus Antonius de Gottifredis*.

[a] *(24) fehlt BL 2825(b), BL 2850(b), VL 6343(b)*
[b] nisi littere - consensu *fehlt BL 2850(a)*
[c] incarnationis dominice *BL 2850(a), VL 6343(a)* domini
[d] millesimo - octavo *BL 2850(a), VL 6343(a)* 1478
[e] De mandato - custos *BL 2825 eigenhändig*
[f] millesimo - quarto *BL 2850, VL 6343* 1494

## 198.

***RV 553 Rubr.**, fol. 2r; **RV 553**, fol. 1r-1v (Bilder bestellen); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 31 Nr. 130.*

Cardinalis. Roderico episcopo Albanen. concedit, quod possit arrendare fructus Cancellarie ad biennium[a].

*Sixtus IV. bewilligt dem Vizekanzler Borgia für zwei Jahre das Recht alle oder einen Teil seiner Einkünfte aus dem Vizekanzleramt an einen anderen rechtsgültig abtreten zu dürfen*[1].

[1] *1472 März 6.*

[a] Cardinalis - biennium *Indice 274*

## 199.

***RV 553 Rubr.**, fol. 2r; **RV 553**, fol. 1v-2v (Bilder bestellen); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 31 Nr. 131.*

Idem conceditur, quod possit instituere aliquem in eius loco Cancellarie[a].

*Sixtus IV. verleiht dem Vizekanzler Borgia das Recht, bei vorkommender Abwesenheit* ex quavis causa etiam voluntaria *das ihm bei gewissen Benefizialverleihungen zustehende Konsensrecht durch einen beauftragten Stellvertreter ausüben zu lassen*[1].

[1] *1472 März 6.*

[a] Idem - Cancellarie *Indice 274*

## neu

***RV 553 Rubr.*** *fol. 2;* ***RV 553****, fol. 2v-5? (Bilder bestellen) Nicht bei* H*OFMANN, nur über Indice 272 gefunden mit Verweis auf fol. III*.

Idem conceditur, quod possit admittere resignationem[a].

---

[a] Idem - resignationem *Indice 274*

## 200.

***RV 986****, fol. 277r-283r (Bilder bestellen zus. mit fol. 357r-364v);* ***Regest:*** H*OFMANN, Forschungen 2 S. 31 Nr. 132 (mit alter Foliierung).*

*Julius II. inseriert: Sixtus bestätigt (fol. 279r-) den abbreviatores assistentes die Bulle Calixts III. und verleiht besondere Vorrechte:*
cum .. pro eorum propriis negotiis expediendis vel etiam infirmitatis vel debilitatis aut senii causa habeant se ab ipsa curia sepenumero absentare ... ac si ipsi in curia presentes fo-rent.[1]

---

[1] *1472 April 1.*

## 201.

***RL 722****, fol. 348r-348v (Bilder bestellen);* ***Regest:*** H*OFMANN, Forschungen 2 S. 32 Nr. 133.*

Sixtus IV. verleiht dem gegenwärtigen notarius Cancellarie apostolice wie allen seinen Nachfolgern das Recht der Gratisexpedition, die Prärogativen bei Pfründenverleihungen, wie sie die päpstlichen Skriptoren genießen, und sichert ihm das Recht der freien Resi-gnation seinens Amtes (in die Hände des Vizekanzlers) zu[1].

---

[1] *1472 April 9.*

## 202.

***RV 574 Rubr.****, fol. 9r;* ***RV 574****, fol. 292r-292v (Bilder bestellen);* ***RV 662****, fol. 485v-486r (Bilder bestellen);* ***Regest:*** H*OFMANN, Forschungen 2 S. 32 Nr. 136.*

PRIVILEGIUM PRO SCRIPTORIBUS APOSTOLICIS. SCRIPTORES APOSTOLICI CONIUGATI SUPER PRIVILEGIIS ET INDULTIS, QUOD EORUM FILII SEU FRATRES AUT NEPOTES GAUDERE DE EXPECTATIVIS GRATIIS POSSINT[a].

*Sixtus IV. verleiht den verheirateten* scriptores litterarum apostolicarum*, da sie selbst für ihre Person nicht in den Genuss der den Schreibern in Bezug auf Pfründenverleihungen zustehenden Rechte treten, das Recht dafür, einen Sohn, Bruder oder Neffen nominieren zu dürfen.*[1]

[1] *1473 März 1.*

[a] Privilegium - possint *RV 574; Indice 274* Scriptoribus datur privilegium filiorum

## 203.

***RV 662**, fol. 412v-414v;* ***Druck:*** CERCHIARI*, Capellani papae 3 S. 185-189 Nr. 113; Arch. Rotae, Privilegia, tom. I, part. 1, n. XXV.*[1].

PREROGATIVA PRO AUDITORIBUS ROTE[a].

Sixtus episcopus servus servorum Dei[b]. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta singulorum conditiones et merita attendens illos potioribus favoribus prosequitur, qui iugiter suis et apostolice sedis insistentes obsequiis labores continuos et graviores proferre noscuntur. *(2)* Nuper siquidem dilectis filiis magistro Iohanni de Montemirabili[2] notario nostro et nonnullis aliis familiaribus nostris continuis commensalibus in certis litteris nostris nominatis et descriptis quasdam antelationum prerogativas in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum nec non beneficiorum aliorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis sub data kalendis ianuarii pontificatus nostri anno primo[3] concessarum et in posterum sub eadem vel quavis alia data concedendarum et extensionum ac revalidationum seu mutationum collationum earumdem, si quas per nos in antea fieri contigerit, acceptarent, assecutione motu proprio concessimus, prout in nostris inde confectis litteris, quarum tenorem presentibus haberi volumus pro expresso, plenius continetur. *(3)* Cum autem, sicut experentia efficax rerum magistra demonstrat, ad sedem predictam de universis mundi partibus deferantur cause in numero copioso et in illarum Audientia et decisione ministrandaque iustitia confluentibus propterea ad sedem ipsam dilecti filii collegium causarum nostri sacri Palatii auditorum capellanorum ac verorum et indubitatorum nostrorum[c] ac

[1] *In Privilegia, tom I, part. I, sub nn. XXII et XXIII extat bulla Sixti IV authentica in pergamino «Romanum decet pontificem» et illius sumptum simplex in papiro antiquo chartaceo: hanc ego non publici iuris feci, utpote quia data inibi ex integro descripta non legitur, nonnulla verba cassata sunt; quae mihi persuadent, bullam hanc non fuisse datam reipsa. Ea confirmata fuissent privilegia expactativarum etc., quae tamen hac bulla n. XXV confirmationem receperunt.*
[2] *Johannes de Montemirabili.*
[3] *1472 Januar 1.*

apostolice sedis prefate familiarium et continuorum comensalium videlicet Gaspar de Theramo[4], Iohannes de Ceretanis[5], Iohannes de Cesarinis[6], Antonius de Grassis[7], Fantinus de Valle[8], Iohannes Franciscus de Pavinis[9], Matheus de Porta[10], Nicolaus de Ubaldis[11], Gabriel Contarinus[12], Bartholomeus de Bellincinis[13], Nicolaus de Edam[14], Petrus de Ferrera iuris doctores submissis humeris indefesso animo firma constantia et operosa diligentia graves admodum et continuos labores perferunt nobisque et dicte sedi in ea, que potissima onerum apostolatus officii pars esse dinoscitur, suffragari non cessant Romanusque pontifex per eos causarum merita videat, examinet et decidat ac propterea non minori prerogativa sint digni quam familiares[d], qui in aliis se exercent obsequiis, nos cupientes prefatum collegium auditorum omnesque singulos supranominatos, quos veros et indubitatos familiares nostros continuos commensales esse constat, ac decernimus per presentes tanto magis sedis prefate munificentia extollere et amplioribus favoribus prosequi, quanto exquisita eorum circumspectio et industria, eminens scientia litterarum, summa integritas et constans iudicium circa rerum negotiorumque varietates, quibus premimur in universalis ecclesie regimine, rei publice christiane salubrior et utilior esse dinoscitur, motu proprio non ad ipsorum auditorum aut alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et voluntate ac ex certa nostra scientia premissorum consideratione impulsi et in aliqualium suorum laborum et meritorum recompensam ac pro illorum in nos ac predictam sedem benemeritis satisfacere et gratificare intendentes eorumque fidem et auctoritatem extollere ad nostrum et ipsius sedis decus[e] et laudem, cupientes predecessorum nostrorum Alexandri V[15], Iohannis XXIII[16], Martini V[17], Eugenii IIII[18] et Pauli II[19] vestigiis inherentes, decernimus et declaramus prefatos auditores omnibus et singulis prerogativis, antelationibus et indultis dictis nostris familiaribus descriptis, ut supra, concessis et quomodolibet concedendis pariformiter uti et gaudere debere et nihi-

---

[4] *Gaspar de Teramo.*
[5] *Johannes de Ceretanis.*
[6] Johannes de Cesarinis
[7] *Antonius Grassi.*
[8] *Fantinus de Valle.*
[9] *Johannes Franciscus de Pavinis.*
[10] *Matheus de Porta.*
[11] *Nicolaus de Ubaldis.*
[12] *Gabriel Contarinus.*
[13] *Bartholomeus de Bellincinis.*
[14] *Nicolaus de Edam.*
[15] = *Alexander V. Nr. $$$ (fehlt bisher).*
[16] = *Johannes XXIII. Nr. $$$.*
[17] = *Martin V. Nr. $$$.*
[18] = *Eugen IV. Nr. $$$.*
[19] = *Paulus II. Nr. $$$.*

lominus volumus, decernimus et ordinamus ipsique collegio ac auditoribus supranominatis concedimus, quod ipsi in assecutione quorumcumque canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium portionum ac simplicium et quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum quarumcumque qualitatum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis sub dicta data kalendis ianuarii pontificatus nostri anno primo concessarum et in posterum per nos et dictam sedem sub eadem vel quavis alia data concedendarum et extensionum ac revalidationum seu mutationum collationum earundem, si quas per nos vel ipsam sedem in antea fieri contigerit, acceptaverint et de quibus sibi providere fecerint, omnibus aliis et singulis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis conditionis vel preeminentie fuerint, canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, prestimonia, portiones et beneficia huiusmodi quarumvis litterarum apostolicarum vel legatorum prefate sedis vigore expectantibus etiam illustribus ac omnibus et singulis in prefatis litteris specialiter nominatis et quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate fungentibus personis - venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium ac familiaribus nostris antiquis continuis commensalibus descriptis, qui nobis tempore cardinalatus usque ad assumptionem nostram ad apicem apostolatus actu servierunt et nullis aliis etiam descriptis aut describendis dumtaxat exceptis - et, si ad instar eorundem familiarium antiquorum descriptorum in omnibus et per omnia pariformiter perinde, ac si veri et non ficti familiares forent, et sine ulla prorsus differentia a nobis et a sede predicta prerogativas quomodolibet obtinuerint, pariformiter et omnino preferantur et preferri debeant, etiamsi expectantes huiusmodi in ecclesiis, in quibus canonicatus et prebende fuerint, apostolica auctoritate in canonicos sint creati vel recepti et littere ipse motu proprio concesse - quacumque etiam diligentia super presentatione seu executione litterarum earundem facta non obstante - nec prerogative, antelationes, nominationes nominandique et alie facultates, declarationes et indulta, primarie preces quecumque, si que in favorem imperatoris, regum, ducum aliorumque principum aut prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentium seu predictarum vel aliarum personarum quarumcumque etiam motu simili aut consideratione eorundem principum vel prelatorum seu alias sub quacumque verborum forma et ex quacumque causa et cum quibusvis etiam presentibus expresse derogantibus derogatoriis clausulis a nobis vel eadem sede hactenus vel in posterum emanarint, cuiquam adversus voluntatem, decretum, ordinationem et concessionem huiusmodi presentesque litteras quomodolibet suffragentur; *(4)* quodque per quascumque expectativas, nominandi seu conferendi de prius vacaturis fa-

cultates vel alias speciales reservationes et de sic reservatis conferendi mandata ac suppressiones, uniones, annexiones, incorporationes et reductiones ad ius commune, gratias, concessiones et indulta cum quibusvis prerogativis et favoribus, antelationibus, declarationibus etiam motu simili et ex certa scientia ac ex quibuscumque causis sub quibusvis verborum formis et aliis clausulis derogatoriis etiam insolitis quibusvis personis, cuiuscumque gradus, dignitatis, conditionis et ordinis existant, ecclesiis, canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, monasteriis eorumque mensis etiam capitularibus aliisque beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus in perpetuum aut ad aliquorum vitam seu alias ad tempus etiam per nos et eandem sedem concessa et in antea concedenda aut facta vel facienda nullum auditoribus prefatis preiudicium afferatur, quin ipsi auditores sint potiores in assecutione beneficiorum vigore gratiarum per nos vel sedem predictam eis concessarum et concedendarum ac illarum revalidationum, extensionum, ampliationum et mutationum collationum omnibus premissis et aliis quibuscumque, etiamsi eis derogaretur expresse; *(5)* quodque presentes littere absque eo, quod in Cancellaria apostolica aut quocumque alio loco publicentur, ab eorum data valeant plenamque roboris firmitatem obtineant ipsisque auditoribus in iudicio et extra iudicium ubilibet suffragentur in omnibus et per omnia absque contradictione, exceptione seu impedimento quibuscumque, ac si littere ipse locis et personis ac temporibus descriptis publicate forent, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non quibuscumque litteris, prerogativis, antelationibus, facultatibus, privilegiis et indultis quibuscumque etiam familiaribus nostris alias quomodolibet descriptis aut describendis seu ad instar predictorum exceptorum familiarium nostrorum antiquorum descriptorum obtinentibus aliisque personis per nos seu predecessores nostros aut sedem predictam concessis seu in posterum concedendis nec non unionibus, annexionibus, incorporationibus et suppressionibus per nos vel sedem apostolicam factis seu faciendis, ut prefertur, aliisque premissis, quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac individua mentio habenda foret, motu et scientia similibus quoad premissa specialiter et expresse derogamus, quasque in ea parte, qua ipsis auditoribus in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, portionum et simplicium aliorumque beneficiorum predictorum assecutione preiudicent aut aliquo modo in futurum preiudicare possint, motu et scientia similibus cassamus, irritamus et annullamus ac viribus omnibus evacuamus nec non pro cassis, irritis et nullis haberi volumus et mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque. *(6)* Et ita per quoscumque iudices, commissarios, executores et delegatos tam in Romana curia quam extra eam pro

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

tempore deputatos iudicandum fore et iudicari debere, sublata eis et eorum cuilibet quavis alia circa premissa aliter iudicandi seu etiam interpretandi facultate, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter[f] contigerit attemptari. *(7)* Eorundem autem singulorum auditorum nomina et cognomina, gradus, qualitates, civitates et dioceses etiam presentibus haberi volumus pro expressis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[g] nostrarum constitutionis, ordinationis, concessionis, decreti, declarationis, derogationis, cassationis, irritationis, annullationis, evacuationis, mandati et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire[h]. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[i]. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo[j] septuagesimo tertio, kalendis iulii, pontificatus nostri anno[k] secundo.

| | |
|---|---|
| Gratis de mandato sanctissimi domini nostri pape.<br>M‹arcus› de Sole[20]. | B‹enedictus› de Maffeis[21]. |

[20] *Marcus de Sole.*
[21] *Benedictus de Maffeis.*

[a] Prerogativa - Rote *RV 662*
[b] episcopus - Dei *RV 662* etc.*; RV 662 am Kopf auf dem linken Rand* L. Grifus *(= Leonardus Grifus)*
[c] nostrorum *RV 662* nostre
[d] *RV 662 folgt durchgestrichen* nostri
[e] decus *RV 662* decorem
[f] et inane - ignoranter *RV 662* etc.
[g] omnino - paginam *RV 662* etc.
[h] vel - contraire *RV 662* etc.
[i] autem - incursurum *RV 662* etc.
[j] millesimo quadringentesimo *RV 662* MCCCC
[k] anno *fehlt RV 662*

## 204.

***RV 565 Rubr.**, fol. 8r; **RV 565**, fol. 267r-267v (Bilder bestellen); **Regest**: *HOFMANN*, Forschungen 2 S. 34 Nr. 145.*

PRIVILEGIUM SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM URBIS. SCRIPTORES LITTERARUM APOSTOLICARUM SUPER PRIVILEGIO, QUOD IPSI OMNES CAUSAS EORUM CORAM AUDITORIBUS EXTRAORDINARIE HABEANT ET SUB EXCOMMUNICATIONIS PENA NOTARII SACRI PALATII NISI PRO COPIISTIS SALARIUM HABENT[a].

*Sixtus IV. verleiht den päpstlichen scriptores als Entgelt für das den auditores sacri Palatii bewilligte Recht taxfreier Bullenbeförderung das Privileg, dass alle Prozesse an der Rota unentgeltlich mit Ausnahme der Kopistenarbeit zu erledigen sind*[1].

---

[1] *1474 September 30.*

---

[a] Privilegium - habent *RV 565 Rubr.; Indice 274* Scriptores apostolici. Scriptoribus apostolicis conceditur privilegium

## 205.

***Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$; RV 986**, fol. 277r-283r (Bilder bestellen); **Regest**: HOFMANN, Forschungen 2 S. 34 Nr. 146 (mit alter Foliierung).*

*Julius II. mit Insert: Sixtus IV. verleiht den* Abbreviatores presidentie maioris *besondere Vorrechte und Prärogativen für den Pfründenerwerb*[1].

---

[1] *1474 November 15.*

## 206.

***RV 668 Rubr**. fol. 4v; **RV 668**, fol. 354r-355r (Bilder bestellen); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 36 Nr. 153.*

PERPETUA DECLARATIO FAMILIARITATIS PRO TRIBUS CLERICIS REGISTRI SUPPLICATIONUM[a].

*Sixtus IV. erklärt die drei clerici registri supplicationum zu Familiaren und verleiht ihnen die daraus hervorgehenden Prärogativen*[1].

---

[1] *1477 Oktober 16.*

---

[a] Perpetua - supplicationum *RV 668 Rubr.*

## 207.

***RV 547 Rubr.**, fol. 1v; **RV 547**, fol. 17v-19r (Bilder bestellen); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 36f. Nr. 156.*

*Sixtus IV. erklärt allen Zweifeln gegenüber, dass die* scriptores litterarum apostolicarum veri familiares continui commensales *des Papstes seien.* ... labores continuos, quos in scribendis absque premio litteris de curia quam alias summa cum diligentia ... sustinent .... servitiis nostris continue insistant ...[1]

---

[1] *1478 Januar 22.*

## 208.

**RV 676 Rubr**., *fol. 1r;* **RV 676**, *fol. 22r-22v (Bilder bestellen);* **Teildruck:** HOFMANN, *Forschungen 2 S. 37 Nr. 157.*

QUATTUOR MAGISTRI REGISTI LITTERARUM APOSTOLICARUM[a].

*Sixtus führt den allgemein gebrauchten Titel des* magister registri litterarum *an Stelle der älteren Bezeichnung* registrator litterarum apostolicarum*, die zu Missdeutungen Anlass gibt, ein.*

Sixtus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Dignum reputamus et debitum, ut hii ...
attendentes, quod dicti quattuor magistri litteras predictas non registrant, sed duodecim aliis personis, que illas registrant et in libris sive quinternis dicti registri transcribunt, persunt litterasque ipsas, cum registrate sint, cum registro illarum concordant et, si fideliter registrate fuerint, diligenter examinant signaque sua solita in libris sive quinternis huiusmodi nec non in tergo dictarum litterarum post earum registraturam apponunt

sexto kalendas martii pontificatus nostri anno septimo[1].

| | |
|---|---|
| X | |
| M. de Gottifredis | G. Bonattus |
| Jo. de Salas | |

[1] *1478 Februar 24.*

[a] Quattuor - apostolicarum *RV 676 Rubr.*

## 209.

**RV 657**, *fol. 5r (Rubrik), fol. 181r-183r (Bilder bestellen) (Insert);* **Regest:** HOFMANN, *Forschungen 2 S. 37 Nr. 159.*

*Päpstliches Mandat an die kurialen Behörden, bis zum 1. Oktober in ihre Ämter zurückzukehren[1]. Insert in Urkunde vom 11. Okt. 1478, in der der scriptor Franciscus Casatius für abgesetzt erklärt wird, weil er diesem Mandat nicht Folge geleistet hat.*

[1] *1478 August 10.*

## 210.

***RV 592 Rubr.**, fol. 1r; **RV 592**, fol. 12v-13r (Bilder bestellen); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 38 Nr. 163.*

MAGISTRI SUPPLICATIONUM. MAGISTRI SUPPLICATIONUM SUPER CONCESSIONE, QUOD II BRATOS? PLUS? HABERE POSSUNT QUAM PRIUS[a].

*Sixtus IV. gewährt den magistri registri supplicationum von neuem die ihnen von Pius II. gewährte, aber von Paul II. widerrufene Taxerhöhung*[1]. ... quodque copiarum et sumptuorum emolumenta integre ... eisdem magistris consignent.

---

[1] *1479 April 29.*

---

[a] Magistri - prius *RV 592 Rubr.; Indice 274* Magistri supplicationum. Magistri supplicationum super concessione, quod duos baior. habeant ultra

## 211.

***RV 653 Rubr.**, fol. 2r; **RV 653**, fol. 67v-68v (Bilder bestellen); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 41 Nr. 172 (mit alter Foliierung).*

URBIS. REGISTRI MAGISTRI SUPPLICATIONUM DE PRIVILEGIIS PROUT ALII SCRIPTORES[a].

*Sixtus IV. erklärt die gegenwärtigen* magistri registri supplicationum *und ihre Amtsnachfolger* zu familiares continui commensales[1].

---

[1] *1481 November 13.*

---

[a] Urbis - scriptores *RV 653 Rubr.*

## 212.

***RV 620**, fol. 245r-253v (Bilder bestellen) (nicht kollationiert); **RV 658**, fol. 5r (Rubrik), fol. 242v (kollationiert 19.12.15):* Sixtus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex tamquam bonus pastor super familiam domus sue etc. Institutio officii sollicitatorum alias iannizariorum registrata in libro bullarum domini Sixti LXX et folio CCXLV; ***Druck:** SCHLECHT, Andrea Zamometic S. 125*-137* Nr. 115; **Teildruck:** TANGL, KO S. 207-213 Nr. 52 (nach Vorlagen des 17. Jh.); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 41 Nr. 173.*

SOLLICITATORES VEL IANNIZARII. BULLA SOLLICITATORUM SEU IANNIZARIORUM[a].

Sixtus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex tamquam bonus pastor super familiam domus sue solerter invigilans sic providere sicque diligenter debet intendere ac prudenti super hoc cautela procedere, quod inordinata et indisposita, si qua invenit in suo Romana curia, sine mora et difficultate reducat pariter et reformet ac pro confluentium ad illam in eorum opportunitatibus celeri expeditione opportunos ministros et officiales deputet in eadem eisque pro communi omnium fidelium utilitate laborantibus stipendia opportuna

constituat, ex quibus se valeant decenter sustentare. Sane fidedigna relatione accepimus, quod nonnulli, quibus onus sollicitandi expeditionem litterarum apostolicarum in dicta curia per eos, quorum interest, demandatur, non numquam, quia in talibus inexperti existunt, in procuranda expeditione huiusmodi plurimos defectus committunt iliamque adeo retardant, ut facta postmodum illis, quos concernit, nullam aut modicam afferat utilitatem, et interdum nimis, quam deceat, fideliter se habentes circa expeditionem huiusmodi longe maiorem quantitatem, quam exponant, pro eadem expeditione extorquent ab eisdem, asserentes, tantum exolvisse officialibus dicte curie, per quorum officia littere ipse deducuntur usque ad totalem expeditionem earum, nec verentur interdum pro huiusmodi eorum assertionis verificatione caracteres officialium earumdem, ex quibus expensa litterarum deprehenditur, alterare. Produnt quoque, quod longe deterius est, aliquando illos, pro quibus onus impetrandi beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia assumpserunt, vacationem ipsam aliis malitiose insinuando in animarum ipsorum periculum, officialium dicte curie infamiam et eorum, a quibus onus sollicitudinis habent, preiudicium et gravamen; quo fit, ut apud seculares principes diversarum partium inde querele exponantur, et retrabantur propterea quam plurimi ab impetrationibus gratiarum et litterarum desuper expeditione non sine [*f. 245'*] detrimento eorum, qui gratiis eorum huiusmodi indigent, et officialium curie memorate. Nos igitur, ad quos spectat super hiis opportunum adhibere remedium, multorum querelis excitati, ne talia in posterum fiant, providere volentes ac sperantes, quod, si in eadem curia ordinaretur certus numerus eorundem sollicitatorum, qui onus et officium sollicitandi expeditionem litterarum huiusmodi haberent et ad instar aliorum officiorum dicte curie et Cancellarie apostolice collegium inter se constituerent haberentque pro eorum sollicitudine et labore convenientia emolumenta nec facile admitterentur ad illud, nisi probi reperirentur et idonei ad illud exercendum subicerenturque convenientibus penis, si impertinentibus ad eos invenirentur dolosi et culpabiles vel negligentes in eorum, pro quibus litteras sollicitare haberent, detrimentum, exinde adversus abusiones huiusmodi et alias quaslibet, quas sollicitatores ipsi, qui nunc sunt, committere asseruntur, sufficienter foret nostre provisionis ope consultum; nam non facile ad sollicitandum indifferenter omnes, sed dumtaxat probi et experti admitterentur, et admissi, habentes convenientia pro eorum labore stipendia, saltem metu pene perditionis officii et emolumentorum huiusmodi perpetuo vel ad tempus ab illicitis abstinere curarent. Habita igitur super hiis cum venerabilibus fratribus nostris et presertim Roderico[1] episcopo Portuensi sancte Romane ecclesie vicecancellario, qui ei-

[1] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

usdem ecclesie vicecancellariatus officio multis annis eximia virtute, solertissima et exactissima diligentia laudabiliter prefuit, deliberatione matura et de illorum consilio ex certa nostra scientia in prefata curia et illius Cancellaria apostolica unum officium, quod sollicitatorum litterarum [*f. 246*] apostolicarum officium nuncupetur et perpetuis futuris temporibus vigeat in eadem, auctoritate apostolica presentium tenore instituimus, creamus et ordinamus. Et ne contingat in dubium revocari, an de huiusmodi sollicitatorum officiis hac prima vice, et dum pro tempore vacabunt, per prefatum Rodericum episcopum et vicecancellarium, ad quem ex concessione nostra officiorum omnium dicte Cancellarie - correctorie, scriptorie ac notariorum sedis apostolice officiis solum exceptis - libera dispositio pertinere dinoscitur solummodo, vel per nos et dictam sedem utpote de officiis post sibi factam concessionem predictam de novo creatis in Cancellaria predicta disponi possit et debeat, ad personam suam ob eius preclara merita in nos et dictam sedem collata etiam in hac temporum difficultate debitum respectum habendo, ad dictum officium sollicitatoris exercendum hac prima vice centum viros probos et idoneos, quorum nomina et cognomina infra scribentur, una cum prefato Roderico episcopo et vicecancellario eadem auctoritate recipimus et collegio predicto iuxta ordinem infrascripte descriptionis eorum aggregamus ac volumus et ordinamus, quod ipsis sic receptis et aliis, qui pro tempore erunt, sollicitatoribus cedentibus vel decedentibus aut alias loca et officia sua quomodolibet dimittentibus omnium et singulorum vigintiquinque sollicitatorum descriptorum infra post dilectum filium Laurentium de Maiis de Vetralla[2] officia et loca, dum per cessum vel decessum aut promotionem, privationem seu quamvis aliam dimissonem predictorum et aliorum quorumcumque, qui officia et loca ipsa pro tempore obtinebunt, quandocumque vacabunt, ad liberam ipsius Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem pertineant, possitque et debeat ipse Rodericus et pro tempore existens [*f. 246'*] vicecancellarius et per eum ad hoc specialiter deputatus illorum signationes recipere et admittere ac per suas litteras suo sigillo pendente munitas, dum pro tempore qualitercumque vacaverint, per se ipsum sive eius locumtenentem seu ad hoc specialiter mandatum habentem personis idoneis providere et exigentibus personarum meritis et sufficientia super earundem personarum, quibus ipse providerit de huiusmodi officiis et locis, requisitarum qualitatum defectu, cum sibi seu deputando huiusmodi placuerit, dispensare et easdem personas ad ipsa officia et loca obtinenda sufficienter habilitare et illi, quibus de eisdem officiis et locis ipse Rodericus et pro tempore existens vicecancellarius seu deputandus ab

[2] *Laurentius de Maiis de Vetralla.*

eo duxerit suis litteris providendum, ad officia et loca ipsa absque aliqua alia provisione recipiantur et admittantur, ita quod dicte littere prefati Roderici episcopi seu ad hoc ab eo specialiter deputandi et pro tempore existentis vicecancellarii, quas absque aliarum litterarum apostolicarum desuper conficiendarum expeditione perpetue firmitatis robur obtinere decernimus, plenissime et per omnia valeant et eis suffragentur, ac si super hiis officiis et locis littere apostolice confecte et expedite fuissent, quodque recepti ad officia et loca, ad que recepti fuerint, suo ordine collocentur, sicque continuo per ipsum Rodericum episcopum et pro tempore existentem vicecancellarium absque contradictione qualibet observetur, decernentes de similibus consilio et assensu fratrum predictorum, quidquid secus super hiis ad prefati Roderici et pro tempore existentis vicecancellarii dispositionem, ut premittitur, spectantibus officiis etiam a nobis aut successoribus nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus absque expresso prefati Roderici episcopi et pro tempore existentis vicecancellarii consensu contigerit attemptari, irritum et inane [*f. 247*] nulliusque roboris vel momenti existere. Loca vero et officia dicti Laurentii et ante eum descriptorum septuaginta quattuor sollicitatorum dictarum litterarum, dum vacabunt pro tempore, ad nostram et et successorum nostrorum Romanorum pontificum liberam dispositionem pertineant, non intendentes tamen facultati predicte propter hoc aut ex eo, quod ipse Rodericus episcopus et vicecancellarius ea forsitam hactenus usus non fuerit, in aliquo derogatum censeri, immo licere sibi, cum voluerit, ea, que presentium tenore sibi pro potioris cautele suffragio iuxta litterarum nostrarum desuper continentiam atque formam de eorundem fratrum consilio et assensu etiam de novo ad uberiorem cautelam concedimus, cum sibi placuerit, libere uti. Volumus etiam et de simili consilio statuimus, quod ipsi sic prima vice deputati et pro tempore surrogati sollicitatores dictarum litterarum insimul unum collegium constituant ad instar abbreviatorum et scriptorum litterarum earundem ac nostri et pro tempore existentis Romani pontificis familiares existant et in apostolicis litteris nuncupentur nobisque et prefate sedi ac dicto Roderico et pro tempore existenti vicecancellario dumtaxat et non alteri immediate sint subiecti et, si clerici fuerint, in assecutione beneficiorum, que vigore gratiarum expectativarum earumque revalidationum, extentionum et mutationum collationum earundem eis pro tempore a sede apostolica concessarum duxerint atteptanda *(!)*, omnibus et singulis antelationum prerogativis, favoribus, privilegiis, gratiis, exceptionibus, declarationibus et indultis, quibus abbreviatores et scriptores litterarum predictarum in simili assecutione per eos facienda in genere potiuntur et gaudent ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ad eorumdem abbreviatorum et [*f. 247'*] scriptorum instar - absque tamen eorundem abbreviatorum et scriptorum preiudicio -

uti, potiri et gaudere possint et debeant in omnibus et per omnia prorsus et sine ulla differentia, ac si pro eisdem sollicitatoribus a nobis emanassent vel emanarent in futurum, et pro quolibet eorum littere apostolice gratis ubique debeant expediri in quocumque officio, etiam abbreviatorum; ac collegialiter conveniant in processionibus cum reliquis officialibus dicte curie in loco eis per eundem vicecancellarium assignando et honestas deferant vestes in colore eis convenientes, que nimia brevitate non notentur, et habeant altare portatile, capellam et capellanum ac possint defensores necnon receptores et computatorem emolumentorum eiusdem ac alios officiales, laudabilia quoque ordinationes et statuta, quibus officium ipsum pro eius directione votiva et prospero regimine indigere videbitur, pro tempore ordinaria et de obtentis per eos pro tempore officiis sollicitationis huiusmodi [et] illa etiam recepta propterea pecunia, sicut et alii dicte curie officiales faciunt, resignando disponere nec possit resignationum huiusmodi receptio et admissio ac de officiis ipsis personis idoneis, a quibus pecunias receperint, provisio per nos et successores nostros aut prefatum Rodericum et pro tempore existentem vicecancellarium denegari quoquo modo. Debeant quoque sollicitatores ipsi ratione officii memorati sollicitare omni eis possibili diligentia et celeritate signaturam supplicationum et expeditionum litterarum quarumcumque apostolicarum, gratiam vel iustitiam aut utramque mixtim concernentium, que pro tempore expedientur tam per Cameram secretam quam prefatam Cancellariam et tam super provisionibus consistorialibus quam aliis quibuscumque illis, que de curia et de minori ac in forma „Humilibus“ maiori iustitia sine supplicatione nuncupantur litteris dumtaxat exceptis, — singulis diebus, quibus Cancellaria [*f. 248*] tenebitur, in illa comparere et in loco eis assignando per dictum vicecancellarium et in numero, de quo ei videbitur, officio predicto vacare; et ne ab hiis, quos littere ipse concernunt, in officiis, ad que deferuntur, aliquid indebite extorqueant, accurate prospicere et ab omni dolo, fraude et malitia ac negligentia necnon commissorum eis ad sollicitandum negotiorum, presertim impetrationis beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium verbo, nutu seu signo, ultra quam expediat, in detrimentum eorum, pro quibus sollicitandi onus assumpserunt, propalatione caracterum, taxe earundem litterarum falsifictionem et cuiusvis quantitatis aut reu ultra eis constituta per presentes litteras stipendia et emolumenta extorsione seu exactione vel receptione prorsus abstinere et, si secus fecerint, per suspensionem a perceptione emolumentorum dicti officii et, si excessus et qualitas exegerit, totaliter privationem et amotionem ab illo per prefatum et pro tempore existentem vicecancellarium publice puniantur, ita, ut excedentium pena aliis transeat in exemplum. Debeant insuper sollicitatores prefati in plica litterarum apostolicarum, quas pro tempore expediri continget, quantitatem, ad quam

ascendet expensa pro earum expeditione totali necessaria, fideliter annotare et, si quis eorum ultra id, quod vere expositum fuerit, annotaverit, suspensionis a perceptione emolumentorum dicti officii prima vice ad sex menses penam incurrat et, si iterato id fecesse *(!)* compertum fuerit, privationis obtenti officii et alias, quibus falsificatores litterarum apostolicarum a iure subiciuntur, penas incurrat eo ipso. Nec possint littere memorate, quarum expeditionem sollicitatores predicti procurare et sollicitare tenentur ratione dicti officij, per abbreviatores maioris presidentie signari et per vicecancellarium et eius locumtenentem ad bullariam transmitti aut per secretarios vel alios quoscumque ad secretam Cameram expediende deferri, nisi postquam receptio et computatio [*f. 248*] proventuum dicti officii in Cancellaria in illis, que per eam et alius deputandus eorum loco ad id apud Cameram prefatam eorum nomina et cognomina, prout rectores et computatores proventuum officii abbreviatorum faciunt, scripserint et, si secus fieret, secretarius et eiusdem Cancellarie custos sive senescallus duplum eius, quod pro tali bulla officio eorundem sollicitatorum debent, receptori prefato solvere teneantur, et preter huiusmodi penam dupli episcopus et superior officio secretariatus et expeditioni litterarum huiusmodi incumbens interdicti ingressus ecclesie, inferior vero et senescallus excommunicationis sententiam incurrat eo ipso. Et nihilominus littere ipse nemine suffragentur, usque quo receptor et computator prefati nomen suum interiori plica descripserint, ut prefertur, nec etiam, postquam expedite fuerint, in registro vel Camera apostolica prosequentibus earum expeditionem per eos, ad quos spectat, restitui possint nisi facta annotatione predicta quantitatis, ad quam expense integre earumdem ascendent, per unum ex sollicitatoribus prefatis, qui illius expeditionem sollicitaverint, vel alium loco sui per ipsum, qui sollicitaverit vel officium ipsum ad id pro tempore deputatum sub simili pena per restituentes illas huiusmodi annotatione prius non facta, eo ipso incurrenda, debeatque huiusmodi subscriptio et annotatio in registro cum bulla, sicut et dies expeditionis, qui ponitur in plumbaria, registrari, ut omni tempore possit apparere. Qui vero loco cedentium vel decedentium sollicitatorum aut sua officia dimittentium ad officia ipsa pro tempore surrogabuntur, etate, moribus et vita idonei existant et pro signatura supplicationis seu admissionis quinquaginta florenos auri de Camera datario nostro et successorum nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium, si per nos vel ipsos successores nostros surrogatio fiat [*f. 249*], alioquin dicto Roderico et pro tempore existenti vicecancellario et preter hoc etiam alia iocalia, que abbreviatores earundem litterarum de prima visione pro eorum receptione in officio abbreviatorum solverint, persolvere, et tam ipsi, qui sic primo recepti quam, qui pro tempore recipientur, de observatione contentorum in presentibus litteris et eorum officio sollicitationis probe et laudabili-

ter exercendo in manibus eiusdem Roderici et pro tempore existentis vicecancellarii vel eius locumtenentis iuramentum prestare teneantur. Nec impediantur officium ipsum obtinere aliqui pro eo, quia bigami vel illegitimi forent aut unum vel plura in predicta curia et Cancellaria digniora - etiam locumtenentis rectorie litterarum predictarum aut notariatus sedis apostolic - officia obtinerent nec a digniorum exercitio per eorum assumptionem ad istud repellantur, sed censeatur officium ipsum cum uno et pluribus aliis dicte curie officio vel officiis compatibile et minime vacare, si contingat sollicitatores ipsos cum aliqua muliere, etiam vidua, matrimonium contrahere. Et ut sollicitatores predicti pro eorum sollicitudine et labore convenientia emolumenta percipiant, ex quibus se valeant sustentare et illis contenti existentes ab omni indebita exactione abstineant, scientia et auctoritate predictis ac de eorundem fratrum consilio etiam statuimus et ordinamus, quod sollicitatores ipsi pro sollicitudine expeditionis litterarum apostolicarum, quarum sollicitationis onus eis supra iniunximus, huiusmodi emolumenta dumtaxant percipiant, videlicet: Pro qualibet consistoriali provisione ecclesie vel monasterii, cuius fructus in libris Camere apostolice taxata forent ad quingentos florenos auri de Camera et ultra, duodecim et pro reliquis infra dictum summam taxatis sex, et si titulares forent ecclesie, decem florenos auri similes, pro aliis vero litteris non consistorialibus, que cum supplicatione vel sine pro tempore expedientur tam per Cancellariam quam per Cameram [*f. 249*] et taxabuntur, siquidem taxa earum triginta Turonensium trascendet, duas, de reliquis vero unum florenum auri de Camera ab hiis, quos concernent, si absentes forent ab ipsa curia, et medietatem dicte quantitatis, si presentes fuerint in eadem et per se ipsos vel eorum amicos et servitores voluerint litterarum huiusmodi expeditionem sollicitare, quod unusquisque tam absens quam presens facere possit nec cogatur ad eosdem sollicitatores recurrere plus quam velit, dummodo constituta pro dicto officio emolumenta persolvat. Excipimus tamen ab huiusmodi solutionis onere illas litteras, que in ea, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consuevit, forma et super altaris portatilis in simplici forma ac confessionalis et tabellionatus officii concessione pro tempore expedientur, quarum expeditionem sollicitatores ipsi pari diligentia sollicitare teneantur et pro huiusmodi sollicitudine duobus dumtaxat grossis seu carlinis papalibus similiter debeant esse contenti. Et si littere ipse taxate non forent, sed gratis et sine taxa expediantur, illi, quos concernent, quicumque fuerint absentes vel presentes, etiam nostri et successorum nostrorum hac vicecancellarii prefati nunc et pro tempore existentis familiares continui commensales, siquidem per speciale mandatum gratis habebunt, qualescumque sint littere et gratie in eis contente, unam integram taxam, ad quam taxari deberent; si vero ratione familiaritatis et eorum descriptionis in ro-

tulo aliquo familiarium nostrorum vel Romani pontificis pro tempore existentis vel alias quam per speciale mandatum, non tamen pro Deo gratis haberent, perinde ac si taxate forent, secundum distinctionem predictam, videlicet pro illis, que ad triginta Turonen(sium) et infra taxari debuissent, unum et pro aliis duos florenos officio predicto persolvant tam presentes quam absentes - Romano imperatore semper augusto, regibus, reginis necnon sancte Romane ecclesie cardinalibus, archiepiscopis et episcopis, nostris et pro tempore existentis Romani pontificis continuis [*f. 250*] commensalibus in Palatio apostolico residentibus, sedis apostolice notariis numerariis, causarum Palatii apostolici auditoribus, Camere apostolice clericis, secretariis numerariis ac datario et locumtenente vicecancellarii et eius referendario, commissionum ac litterarum predictarum correctore, abbreviatoribus et scriptoribus nostris quoque et pro tempore existentis Romani pontificis et cardinalium prefatorum nepotibus necnon imperatoris, regum et reginarum, abbreviatorum maioris presidentie et scriptorum predictorum filiis et nepotibus et pauperibus, pro quibus litteras huiusmodi gratis pro Deo contigerit expediri, dumtaxat exceptis. Qui sic excepti, si gratis pro Deo habuerint, pro litteris super impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum vacantium et certo modo vacaturorum eorumque unionibus et uniendi mandatis unum florenum auri solummodo, pro reliquis vero duos grossos dumtaxat receptori predicto persolvant. Alii vero ab eis pro litteris ipsis gratis pro eorum personis pro tempore expeditis nihil officio sollicitatorum predictorum solvere sint astricti, deferri tamen debeant littere ipse ad eorundem sollicitatorum receptorum pari modo, sicut et alie taxate subscribende. Et ultra hec sollicitatores prefati duos grossos papales pro qualibet bulla, quam expediri continget, exigere possint, gratiosa et executoriali litteris pro una bulla quoad hec computatis. Et ne illi, pro quibus littere ipse expedientur, exinde graventur, volumus, quod plumbatores in plumbaria predicta nunc et pro tempore existentes unum grossum pro qualibet bulla, que tam per Cameram quam per Cancellariam expedietur, pro tempore de emolumentis prosequentibus illarum expeditionem dimittere et relaxare teneantur, dum et quotiens eorundem plumbatorum emolumenta huiusmodi pro una bulla ultra unum grossum transcenderet, gratiosa et executoriali similiter pro una computatis; et pro recompensa huiusmodi [*f. 250*] grossi, quem dimittent, eas taxas litterarum predictarum, que rupte nuncupantur et olim per taxatores in plumbaria predicta percipi consueverant, in posterum percipiant. Magistri vero registri dictarum litterarum grossum, qui per eos exigi consuevit pro qualibet bulla, postquam eis inhibitum fuit, ut a perceptione dictarum taxarum ruptarum nuncupatarum in eodem regestro abstinerent, de cetero nullatenus exigant possintque dictas taxas ruptas absque dolo et fraude percipere, prout antiquitus extitit consuetum. Districte precipientes

eisdem magistris registri et plumbatoribus, quod in huiusmodi taxarum ruptarum perceptione vetustam et antiquam consuetudinem conservent et ad illas taxas, que rupte vere forent et per taxatores ipsos in plumbaria predicta rupte fierent, et non ad alias manus extendant sub excommunicationis late sententie pena eo ipso incurrenda et, si sepius deliquisse in hoc reperti fuerint, per eundem vicecancellarium perceptione emolumentorum officii eorum suspendi et, si excessus gravitas exegerit, officiis ipsis privari possint. Et preter huiusmodi emolumenta sollicitatores prefati pro singulis centum florenis Camere apostolice debitis de fructibus primi anni metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet quinque florenos et, si quantitas solvenda ad centum florenos non ascenderet vel illam transcenderet, proportionabilem ratam, que ad vicesimam quantitatis, que solvi deberet, ascendat, pro eorum officio predicto exigere possint, et dum receptor litteras ipsas subscribit ita tamen, quod, si gratie ipse non sortirentur effectum, ad exacte quantitatis huiusmodi restitutionem de communibus dicti officii proventibus teneantur et compelli possint per vicecancellarium prefatum; debeantque prelati presidentes et clerici Camere [*f. 251*] apostolice nec non thesaurarius generalis et depositarius pecuniarum eiusdem ac alii, ad quos spectat, de nonaginta quinque pro singulis centum florenis dicte Camere debitis et ab inde vel supra quantitate ad centum florenos non ascendente proportionabiliter et pro rata ad huiusmodi computum nonaginta quinque contentari et quietari solventes motu predicto sub excommunicationis late sententie pena eo ipso incurrenda, si contra fecerint in premissis. Quod locum habere volumus etiam quoad quantitates, quas pro huiusmodi annatis solvere habebunt Camere predicte etiam illi, quos supra nihil officio predicto solvere debere diximus pro litteris pro eorum personis pro tempore expeditis, a quibus huiusmodi summam quinque florenorum pro singulis centum florenis Camere apostolice debitis exigere poterunt, portionibus, que cardinalibus prefatis et minutis servitiis applicantur ab huiusmodi onere penitus exemtis remanentibus. Datarius autem noster et successorum nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium et quicumque ad componendum cum procurantibus expeditionem litterarum predictarum super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum male perceptis, dispensationibus, usu pontificalium, protonotariatibus, habilitationibus, religiosorum ad beneficia, testandi facultatibus, indulgentiis et usu lacticiniorum, dispensationibus matrimonialibus ac quibuscumque facultatibus visitandi per procuratores vel alios et quibusvis aliis negotiis, super quibus cum eodem pro tempore ex quacumque causa componi continget, pro expeditione litterarum huiusmodi apostolicarum, que per Cancellariam vel Cameram expedientur quomodolibet alias quam per Penitentiarium, quarum quantitas

quadraginta florenos trascendat, quinque, de reliquis vero illam non trascendentibus duos florenos [*f. 251*] similes officio predicto sollicitatorum successive, prout ad eius manus provenient, sub excommunicationis late sententie pena, si fraudem committeret, solvere et fideliter ad hoc per unum ex suis servitoribus computum teneri et reddi facere quolibet mense, si fuerit requisitus, dicti officii receptori et computatori teneatur. Debeant quoque secretarius per Cameram expediens pro labore in advertendo, quod littere non expediantur sine subscriptione receptoris predicti, sex et datarius respectu computi predicti etiam sex florenos similes quolibet mense de emolumentis dicti officii percipere. Et ut illi ex sollicitatoribus ipsis, quorum cura, opera et diligentia in sollicitando earundem litterarum expeditionem ad officium ipsum maiora emolumenta provenient, ex eorum diligentia premium reportent et tam ipsi quam alii eorum exemplo ad diligentius sollicitandum expeditionem litterarum earundem incitentur, etiam volumus et eisdem scientia et auctoritate ac de simili consilio statuimus, quod ille ex eisdem sollicitatoribus, qui procurabit expeditionem litterarum huiusmodi, de taxa eorum officio debita, ut prefertur, pro sollicitatione expeditionis litterarum super qualibet provisione consistoriali ecclesiarum et monasteriorum ad duodecim florenos ascendente quattuor, de titularibus vero et reliquis duos florenos similes pro suo labore retinere possit, et residuum in epitaphio communi dicti officii annotetur. Et de quibuslibet quantitatibus, que quilibet sollicitatorum predictorum pro tempore existentium ratione sollicitudinis sue circa expeditionem litterarum huiusmodi ad receptorem proventuum dicti officii pervenire fecerit, duos grossos papales pro quolibet floreno pro se valeat retinere et residuum in communi pro officio describatur, emolumentis duorum grossorum pro qualibet [*f. 252*] bulla et proventibus ex litteris, pro quibus ultra quam duo grossi officio non debentur, ac illis quantitatibus, que a Camera de annatis et datario de compositionibus habebuntur, exceptis, que integraliter in communi debeant pervenire. Et in fine cuiuslibet mensis receptori dictorum proventuum de receptis computa et rationes fideliter defensoribus dicti officii reddere ac solutis salariis et aliis officii predicti oneribus unicuique eorumdem sollicitatorum ratam suam de emolumentis predictis integraliter assignare teneatur, exceptis illis sollicitatoribus, qui absentes a dicta curia forent, qui de medietate eius quantitatis quam haberent, si presentes fuissent, contententur nec ultra petere possint pro illis mensibus, in quibus ad minus per viginti dies in eadem curia presentes non fuissent. Et insuper prefato moderno et pro tempore existenti sancte Romane ecclesie vicecancellario per apostolica scripta mandamus, quatenus per se vel alium seu alios premissa, ubi, quando et quotiens expedire cognoverit fueritque desuper legitime requisitus, sollemniter publicari faciat premissa omnia inviolabiliter observare *(!)* et illos, quos censuras

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

aliquas presentium vigore eis *(!)* incurrisse constiterit, illis ligatos esse publice nuntiet faciatque ab aliis nuntiari et ab omnibus artius evitari et illos ex sollicitatoribus predictis, quos aliquid contra tenorem presentium exegisse directe vel indirecte aut alias circa officium ipsum negligentem *(!)* vel remissum *(!)* fuisse seu alias deliquisse sibi constiterit, penis debitis puniat [*f. 252*] et oppressorum indempnitati subito provideat, compellendo extorquentem ad solvendum eis duplum quantitatis extorte et etiam ultra, si sibi videbitur expedire. Contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque seu, si aliquibus communiter et divisim a sede prefata indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nomina autem et cognomina assumptorum per nos hac prima vice ad officium sollicitationis huiusmodi sunt infrascripta, videlicet Iohannesiacobus de Sclafanatis[3], Augustinus de Stacholis de Urbino[4], Accursius de Petra[5], Antonius Dominici de Trebiano[6], Antonius de Mucciarellis[7], Sinolphus Osterius de comitibus Montorii[8], Ieronimus de Concorregio[9], Franciscus de Noxeto[10], Franciscus de Maffeis[11], Bartholomeus de Buccino[12], Baptista Capotius[13], Iacobus Nicolai de Vulterris[14], Antonius Ingheramius[15], Guido Bonactus[16], Matheus de Menichis de Forlivio[17], Carolus de Berardis de Cesena[18], Iohannes Franciscus Pogius[19], Bartholomeus de Manfredis[20], Petrus Altissen[21], Dominicus Galletius[22], Catelanus Casalius[23], Petrus Pardo[24], Michael de Castello[25], Angelus Benedictus de Pamphilis[26], Ludovicus de Penafiel[27], Forteguerra de

[3] *Johannesjacobus de Sclafanatis*
[4] *Augustinus de Stacholis de Urbino.*
[5] *Accursius de Petra.*
[6] *Antonius Dominici de Trebiano.*
[7] *Antonius de Mucciarellis.*
[8] *Sinolfus de Castro Otherio de comitibus Montorii.*
[9] *Hieronimus de Concorregio.*
[10] *Franciscus de Noxeto.*
[11] *Franciscus de Maffeis.*
[12] *Bartholomeus Petri de comitibus de Bucino.*
[13] *Baptista Capotius.*
[14] *Jacobus Nicolai de Gerardis de Vulterris.*
[15] *Antonius Ingheramius.*
[16] *Guido Bonactus.*
[17] *Matheus de Menichis de Forlivio.*
[18] *Carolus Berardus de Cesena*
[19] *Johannes Franciscus Pogius.*
[20] *Bartholomeus de Manfredis.*
[21] *Petrus Altissen.*
[22] *Dominicus Galletius.*
[23] *Catalanus Casalius.*
[24] *Petrus Pardo.*
[25] *Michael de Castello.*

Franchis de Luca[28], Baptista Anselmi de Novaria[29], Stephanus de Caziis[30], Bartholomeus de Bartholinis de Perusia[31], Iohannes de Angelis [*f. 253*] de Arimino[32], Iacobus Nini de Amelia[33], Petrus Paulus de Arnulphis de Montesicco[34], Iohannes Baptista de Crispolitis de Perusia[35], Philippus de Contronibus de Luca[36], Iohannes Petrus de Bufolinis[37], Nicolaus Placentius[38], Iohannes Galbes[39], Daniel de Sancto Sebastiano de Verona[40], Floramontus Brognolus[41], Dominicus de Patarenis[42], Leonardus de Berdinis[43], Princivallus de Castiliono[44], Baptista de Planeriis de Brixia[45], Ludovicus Calcagnus[46], Ludovicus Sextoris[47], Gaspar Theobaldi de Castro Plebis[48], Iohannes de Cardona[49], Petrus de Fuentes[50], Christophorus de Rapallo[51], Libertus de Luca[52], Adrianus de Corneto[53], Petrus de Sibilia[54], Stephanus Capocius[55], Blasius de Luca[56], Cesar de Cesis[57], Iohannes Baptista Grifus[58], Martinus Lupi[59], Andreas de Wulponibus de Brixia[60], Gabriel Iacobi de Vincentiis de Urbe[61], Ieronimus de Restis[62], Bartholomeus de Pulverinis[63], Antonius Valles[64], Iohannes de Car-

---

26 *Angelus Benedictus de Pamphilis.*
27 *Ludovicus de Penafiel.*
28 *Forteguerra de Franchis de Luca.*
29 *Baptista Anselmi de Novaria*.
30 *Stephanus de Caciis.*
31 *Bartholomeus de Bartholinis de Perusia.*
32 *Johannes de Angelis de Arimino.*
33 *Jacobus Nini de Amelia.*
34 *Petrus Paulus de Arnulphis de Montesicco.*
35 *Johannes Baptista de Crispolitis de Perusia.*
36 *Philippus de Contronibus de Luca.*
37 *Johannes Petrus de Bufolinis*.
38 *Nicolaus Placentius.*
39 *Johannes Galves.*
40 *Daniel de Sancto Sebastiano de Verona.*
41 *Floramontus Brognolus*.
42 *Dominicus de Patarinis*.
43 *Leonardus de Berdinis.*
44 *Princivallus de Castiliono*.
45 *Baptista de Planeriis de Brixia.*
46 *Ludovicus Bernardi de Calcaneis*.
47 *Ludovicus Sextoris.*
48 *Gaspar Theobaldi de Ugolinis de castro Plebis.*
49 *Johannes de Cardona.*
50 *Petrus de Fuentes.*
51 *Christophorus de Rapallo.*
52 *Libertus de Nannis de Luca*.
53 *Adrianus de Corneto*.
54 *Petrus de Sibilia*.
55 *Stephanus Capocius*.
56 *Blasius de Luca.*
57 *Cesar de Cesis.*
58 *Johannes Baptista Grifus.*
59 *Martinus Lupi.*
60 *Andreas de Wulponibus de Brixia*.
61 *Gabriel Jacobi de Vincentiis de Urbe*
62 *Hieronimus de Restis.*
63 *Bartholomeus de Pulverinis.*

dellis[65], Benedictus de Feltro[66], Iohannes Saldamia[67], Iohannes Augustinus de Rotiis[68], Anibal Vescontis de Vulterris[69], Iacobus Picherier[70], Petrus Vanelli[71], Stephanus Garamelli[72], Conradus de Gualdo[73], Guillermus Sapientis[74], Iohannes Malortie[75], Iohannes Desiderii[76], Laurentius de Maiis de Vetralla[77], magister Iohannes de Borgia[78] et magister Iohannes de Castella[79] etiam notarii nostri, Iohannes de Xeritio[80], Nardus Capotius[81], Bartholomeus de Stabia[82], Georgius de Cruce[83], Aloisius Neronius[84], Franciscus de Valleoleti[85], Iohannes Ferrarii[86], Gaspar [*f. 253*] de la Fiera[87], Theodoricus de Arndes[88], Angelus de Civita Castellana[89], Hugo Mogini[90], Polidorius de Palude[91], Bellus de Caransonibus[92], Pancratius Rotundi de Fractis[93], Camillus de Beneinbene[94], Petrus de Caranza[95], Vitus Meller[96], Iacobus Miragrega[97], Iohannes Cardini[98], Sperandius Spaniol[99], Petrus Vallescar[100], Bernardus Assentii[101] et Antonius de Aquilone[102]. Nulli ergo etc. nostre constitutio-

---

64 *Antonius Valles.*
65 *Johannes de Cardellis.*
66 *Benedictus de Feltro.*
67 *Johannes Saldamia.*
68 *Johannes Augustinus de Rotiis.*
69 *Anibal Vescontis de Vulterris*.
70 *Jacobus Picherier*.
71 *Petrus Vanelli.*
72 *Stephanus Garamelli*
73 *Conradus de Gualdo.*
74 *Guilielmus Sapientis.*
75 *Johannes Malortie.*
76 *Johannes Desiderii.*
77 *Laurentius de Maiis de Vetralla.*
78 *Johannes Borgia.*
79 *Johannes de Archilibellis de Castello*.
80 *Johannes de Xeritio.*
81 *Nardus Capocius.*
82 *Bartholomeus de Stabia.*
83 *Georgius de Cruce.*
84 *Aloisius Neronius.*
85 *Franciscus Gundissalvi de Valleoleti.*
86 *Johannes Baptista de Ferrariis.*
87 *Gaspar de la Fiera.*
88 *Theodoricus de Arndes.*
89 *Angelus de Civita Castellana.*
90 *Hugo Mongini.*
91 *Polidorius de Palude.*
92 *Bellus de Caransonibus.*
93 *Pancratius Rotundi de Fractis.*
94 *Camillus de Benembene.*
95 *Petrus de Caranza.*
96 *Vitus Meller.*
97 *Jacobus de Moragrega*.
98 *Johannes Cardini*.
99 *Sperandus Spaniol.*
100 *Petrus Vallescar.*
101 *Bernardus Assintii.*
102 *Antonius de Aquilone.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

nis, ordinationis, receptionis, creationis, aggregationis, voluntatis, decreti, concessionis, statuti, exceptionis, precepti et mandati infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCLXXXII, idus iunii pontificatus nostri anno undecimo[103].

Sinolfus[104].

Collat. B‹aptista› de Spello[105].

---

[103] *1482 Juni 13.*
[104] *Sinolfus de Castro Otherio de comitibus Montorii.*
[105] *Baptista de Spello.*

---

[a] Sollicitatores - iannizariorum *RV 658 Rubr.; Indice 274* Institutio officii sollicitatorum

## 213.

***RV 547 Rubr.**, fol. 3v; **RV 547**, fol. 157v-158v (Bilder bestellen); **Druck:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 41f. Nr. 175.*

URBIS. DECRETUM RESIGNANDI ET PACISCONDI? OFF. RO. CU. IN MANIBUS ... (VERBLASST)[a].

Sixtus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut, quos in supportatione onerum pro communi omnium utilitate laborando in Romana Curia coniungit equalitas, per privilegiorum facultatum et gratiarum liberalis concessio prosequatur. Hinc est, quod nos attendentes universis fere officialibus Romane curie presertim quorum officia expeditionem litterarum apostolicarum et Penitentiarie nostre ac Camere apostolice negotia concernunt, obtinentibus licere ex apostolico indulto aut vetustissima consuetudine, dum officia ipsa, que obtinent, in manibus nostris et pro tempore existentis Romani pontificis sponte resignant, pro resignatione huiusmodi ab iis, quibus de eisdem officiis per eorum resignationem vacantibus contingit provideri, pecunias recipere et super hoc tractatus et conventiones inire, motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia volumus et apostolica auctoritate presentium tenore concedimus, quod dilectus filius magister Nicolaus de Castello[1] utriusque iuris doctor et dictarum litterarum apostolicarum abbreviator ac familiaris noster, qui in earundem litterarum apostolicarum expeditione vener(abili) fratri nostro Roderico[2] episcopo Portuensi sancte Romane ecclesie vicecancellario assistit et advocationis fisci nostri ac abbreviature litterarum apostolicarum de curia nuncupatarum officia in Camera apostolica obtinet et eiusdem Nicolai in dictis advocationis et abbreviature litter-

---

[1] *$$$.*
[2] *Rodericus de Lanzol-Borja.*

arum de curia officiis successores fisci prefati advocati et litterarum de curia huiusmodi abbreviatores, qui pro tempore erunt, dum eos officia ipsa resignare contigerit, in nostris aut successorum nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium manibus pro huiusmodi eorundem officiorum et cuiuslibet eorum resignatione pecunias recipere et desuper pacisci et convenire libere et licite valeant, prout et sicut faciunt et facere soliti sunt alii litterarum apostolicarum predictarum abbreviatores et scriptores ac eiusdem Camere clerici et notarii eorum officia pari modo resignantes et quoad hoc pari, qua illi prerogativa favoris et facultate potiantur, teneanturque illi, quibus de advocationis fisci et abbreviature litterarum de curia officiis ipsis sic vacantibus contigerit provideri, quinquaginta florenos auri de Camera datario nostro et pro tempore existentis Romani pontificis pro signatura supplicationis iocalium loco persolvere, sicut pro signatura supplicationum super provisione aliorum abbreviature litterarum predictarum apostolicarum officiorum per similem resignationem pro tempore vacantium signatarum solvi consuevit, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCLXXXIII, quinto nonis iulii pontificatus nostri anno duodecimo[3].

---

[3] *1483 Juli 3.*

---

[a] Urbis - ... *RV 547 Rubr.*

## 214.

***RV 647**, fol. 235r-237v (Bilder bestellen); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 42 Nr. 177. Vgl. dazu auch **RV 662**, fol. 412v-414v (Bilder da):* Prerogativa pro auditoribus Rote, 1473 kal. iulii anno secundo *(auf Microfilm angeschaut, 5.12.15).*

Auditoribus Rote conceduntur prerogative[a].

...[1].

---

[1] *1484 Juli 4.*

---

[a] Audioribus - prerogative *Indice 274*

## 215.

***Roma 2**, fol. 115r-116r (Nov. 2015 kollationiert); **Druck:** Tangl, KO S. 213-215 Nr. 53; **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 42 Nr. 178. Die Verordnung ist auf das zweite Quartal 1472 bzw. auf das dritte Quartal 1473 zu datieren, weil Andreas Trapezuntius damals Reskribendar war, vgl. Frenz, Kanzlei S. 466. (grünes in Georges überprüfen)*

DECRETUM SIXTI DE LITTERIS NON RESTITUENDIS.

Cum a predecessoribus nostris Romanis pontificibus diversa statuta et ordinationes presertim ab Eugenio papa IIII predecessore nostro norma et regula quedam dilectis filiis litterarum apostolicarum scriptoribus et familiaribus nostris data et exposita sint, in quibus, que ad curie Romane et ipsorum scriptorum officii dignitatem, decus et augmentum spectabant, commode plenarieque decreta sunt, tamen temporum malitia, que omnia corrumpit, et nimia, ut ex impunitate licentia pleraque in desuetudinem conversa sunt, ut nulla vel admodum per exigua *(!)* ipsorum officii ratio iam habeantur *(!)*, nos, qui ipsos scriptores, per quorum manus omnia nostra et sedis apostolice secreta negotia scribuntur, tamquam fideles et peculiares filios paterna caritate complectimur, cupientes tanto iam abusui et corruptele obviare, et quia accepimus litteras apostolicas per eorum manus scriptas passim ab omnibus legi et sine eorum nomine subscriptas et sine rescribendarii licentia et manus appositione partibus aut sollicitantibus eas tradere, ex quo plura et magna pericula, fraudes et iacture sequuntur et eveniunt et, ne hec lapsu et incuria dedantur in preceps, sollicitis studiis, prout nostro incumbit officio, providere et ad laudabiles et consuetudines ordinationes et statuta ipsorum scriptorum reducere cupientes, motu proprio et ex certa scientia per apostolica scripta mandamus per presentes, quas perpetue constitutionis vim obtinere voluimus et decrevimus, universis et singulis earundem litterarum scriptoribus presentibus et futuris sub excommunicationis late sententie pena, quam contrafacientes eo ipso incurrant, a qua nisi per nos aut successores nostros Romanos pontifices preterquam in mortis articulo constituti absolvi nec per privilegia apostolica possint, et sub privatione emolumentorum et suspensione officii scriptorie per quattuor menses districte precipimus et mandamus, ne aliquis scriptorum eorundem ea, que sibi secrete scribenda commissa erunt, alicui audeant quoquo modo revelare nec ulli persone, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerit, etiamsi cardinalatus dignitate prefulgeat, sine sui nominis subscriptione absque speciali nostro aut successorum nostrorum mandato et rescribendarii etiam subscriptione litteram aliquam seu bullam per eos scriptam restituere presumant, litteris minoris iustitie et in forma pauperum ac ad unum beneficium simplicibus expectativis dumtaxat exceptis. Et quoniam irritum esset penas infligere, nisi sit, qui demeritos puniat, motu et scientia similibus rescribendario pro tempore existenti sub penis prefatis mandamus, ut, quem premissa non observare invenerit, statim absque alia monitione a participatione emolumentorum et ipsius officii exercitio per quattuor menses realiter et omnino omni contradictione, interpretatione, appellatione, consilio et mora remotis sus-

pendat nullo pacto restituendum et tamquam excommunicatum et suspensum a consortio scriptorum ipsorum repellat et evitet nec ad emolumentorum participationem et ipsius officii exercitium post lapsum dictorum mensium restituat, nisi etiam de pena secundum statuta et ordinationes dicti Eugenii[1] pape de taxa duplicata irremissibiliter a contrafacientibus exigenda integre satisfactum fuerit, quam capelle ipsorum scriptorum applicari volumus. Et ut premissa omnibus pateant nullusque ob ignorantiam tergiversari possit, dilecto filio magistro Andree Trapezuntio[2] earundem litterarum scriptori et presenti rescribendario ac secretario nostro sub eisdem penis iniungimus, ut presentes in congregatione scriptorum legi et in valvis Cancellarie apostolice affigi ac in libro constitutionum ipsorum scriptorum describi ad perpetuam rei memoriam faciat quodque, ut sepius iterata refrenant inobedientium audaciam, volumus et sub premissis penis rescribendario pro tempore existenti mandamus, quatenus primo mense sui officii ante novorum officialium, ut moris est, creationem aut priusquam quicquam in congregatione agat, huiusmodi nostram constitutionem seu mandatum publice intimet seu nuntiet, deinde ad alia secundum laudabiles ipsius officii mores deveniat, decernentes irritum et inane, quidquid per quosquam contra premissa vel aliquod premissorum contigerit attemptari, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac quibuscumque privilegis et litteris apostolicis cuicumque sub quacumque verborum forma concessis et concedendis, quibus omnibus et singulis quoad premissa motu et scientia similibus derogamus expresse, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet et ita mandamus. F‹ranciscus›[3].

---

[1] *Vgl. Eugen IV. ME 9.*
[2] *Andreas Trapezuntius.*
[3] *Franciscus della Rovere = Sixtus IV.*

## 216.

***Reg. Lat. $$$; Reg. Vat. $$$; VL 3883**, fol. 14v-25v; **VL 3884**, fol. 118r-132v; **München 422**, fol. 322r-333v**; Teildruck:** Tangl, KO S. 379-385 Nr. 4 (nach VL 3883/VL 3884/München 422); Hofmann, Forschungen 2 S. 231 (nach VL 3984); Pogatscher, Dokumente S. 653; Staubach, Zwischen Basel S. 404-406 (nach VL 3883/VL 3884); Bei Göller, Pönitentiarie 2/2 findet sich dazu überhaupt nichts.*

*Von Tangl unter die Reformentwürfe gereiht. „Der Entwurf beginnt mit Papstnamen und Titel und hat vollkommen die Fassung einer Constitution, doch mangeln Schlussformeln und Datirung. In A bricht der Text mit den Bestimmungen über die Poenitentiarie ab, in B ist von anderer Hand, in M von gleicher Hand ein Capitel: Circa executionem reformationum angefügt. Zu genauerer Einreihung innerhalb des Pontificats Sixtus' IV. liefern weder die sachlichen Bestimmungen noch die rein phrasenhafte Einleitung sichere Anhaltspunkte.*

*Vgl. über den Entwurf und die missglückten Reformbestrebungen Sixtus᾽ IV. die Ausführungen Pastors, Gesch. d. Päpste 2, 547. Corvisieri, der in seiner Abhandlung "Il trionfo Romano di Eleonora d᾽Aragona nel giugno del 1473", (Arch. d. soc. Rom. di storia patria 1, 479 Anm.) einige die allgemeine Reform betreffenden Stellen aus VL 3884 mitteilt, setzt die Reformacion unmittelbar nach dem am 5. Jänner 1474 erfolgten Tod des Cardinals Pietro Riario. (Pastor, 2, 438). Wie später bei Alexander VI. hätte auch bei Sixtus IV. der Schmerz über den Verlust des Nepoten eine vorübergehende Bussstimmung hervorgerufen.“*

*Vgl. dazu auch Pastor, Päpste 1926 S. 632-634 (nichts Wesentliches), Hofmann, Forschungen 2 S. 230f. (mit Datierung: Juni 1473-Juli 1474); Volker Reinhardt, Der unheimliche Papst. Alexander VI. Borgia 1431-1503, München 2005, S. 146ff.; Staubach, Zwischen Basel und Trient S. 385-416. (Die Erwähnung von* sollicitatores *in [13] könnte auf eine Entstehungszeit nach 1482 hinweisen).*

(1) Sixtus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam regnantium cura non minor est prava corrigere et pro discipline custodia censuram subditis adhibere quam de adversariis obtinere triumphum, idque inter precipuas nostri pectoris curas efficere non indigne totis cupiamus affectibus, ut pro omnipotentis Dei honorificentia et universorum fidelium exemplo laudabili Romane curie status nostre operationis ministerio in melius reformetur eiusque officiales et officia singula omni careant sorde resplendeantque munditia et, quemadmodum par est, debite reformationis expiatam[a] remedio ad rectitudinis semitam reducantur. Sicque etiam in nostro Palatio apostolico omni ex parte, quantum sinit humana conditio, quisque irreprehensibilis esse studeat, quod recte vivendi ratio sive forma non solum monitis superiorumque preceptis, sed exemplo potius inferioribus prebeatur. Et quamquam retroactis temporibus, quemadmodum experientia indicat, pro universalis ecclesie venustate cleri quoque et dominici gregis directione tam in sacris conciliis generalibus quam alias sanctorum patrum decreta quamplurima et pro ipsius curie et officialium speciali regimine, gubernatione et norma multorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum constitutiones et ordinationes saluberrime emanaverint, per quas publice et private utilitati videbatur esse consultum. Quia tamen humane cupiditatis affectu sive hominum crescente malitia aut nature mortalis, que ad malum proclivis est[b], facilitate causantibus tam provide ac salubriter instituta minime servabantur et corruptioni pene omnia subiacebant[c], nos debitum pastoralis officii superna nobis dispositione[d] commissi utiliter adimplere et aberrantes ac devios ad bene recteque vivendi callem reducere satagentes constitutiones et ordinationes infrascriptas, quas etiam constitutionis perpetue vigorem obtinere decernimus, auctoritate apostolica edidimus, quas iubemus inviolabiliter observari.

---
[a] expiatam *München 422* expiata
[b] est *München 422* et
[c] et corruptioni pene omnia subiacebant *fehlt München 422*
[d] dispositione *München 422* dispositionis

De reformatione Palatii[a].

(2) Primo igitur, ut a capite edatur ratio, et nos, qui sacrorum canonum et condende legis habemus supremam potestatem sublimiorique dignitate et officio fungimur, Salvatoris nostri, qui facere prius et docere nos instruit, laudabile imitemur exemplum, sponte legibus vivere placet et ceteris nostri imitationem prebere atque ipsam salubrem reformationem in personam propriam universamque familiam nostram amplectentes, ut verum decet Iesu Christi vicarium vitam dignitati et ordini nostro congruentem agere, statuimus omnesque Palatii nostri domesticos familiares et alios nostre ditioni subiectos precipue in eadem curia commorantes, ut ordinationes et constitutiones huiusmodi, mores, vitam ac disciplinam ecclesiasticam concernentes inviolabiliter observare teneantur et debeant sub indignationis nostre et aliis penis infrascriptis aut pro personarum et excessuum qualitate forsitan gravioribus nostro arbitrio infligendis eadem auctoritate iniungimus et mandamus.

[a] De - Palatii *VL 3883, VL 3884, München 422*

Capella[a].

(3) Statuentes primo, quod in capella eiusdem Palatii apostolici magister ipsius Palatii theologie professor excellens statutis diebus lectiones theologicas sive ipsam theologiam legat et alios actus scientificos fieri consuetos facere non omittat curetque attente, ut sermones, qui in adventu Domini, quadragesima et aliis diebus ac festivitatibus consuetis coram nobis et venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus aliisque prelatis fieri debent, sint personis, loco et tempori congruentes, non quidem vulgares, extravagantes vel impertinentes, per magistros in eadem theologia seu decretorum doctores aut saltem scientificos viros in subdiaconatus ordine constitutos.

[a] Capella *München 422*

Elemosinarius[a].

(4) Et quia domum apostolicam nullum magis decorat nomen officii quam eius, qui pauperibus elemosinas erogat, volumus et ordinamus, quod semper in Palatio pontificis sit devotus et caritativus aliquis sacerdos, qui sancto elemosinarii officio presit et hic non solum, que de mensa pape atque familie supersunt, egenis alacriter distribuat, sed nec quemquam pauperum pro elemosina venientem ieiunum remittat, quinimo sollicitus sit,

quod, si qui prelati suis ecclesiis vel beneficiis pulsi vel sacerdotes aut alii honesti viri in paupertatem lapsi in curia morentur, ut eis elemosina conveniens non desit. Id ipsum cardinales in domibus suis iuxta facultatum suarum vires faciant.

---

[a] Elemosinarius *VL 3883, München 422*

CANTORES[a].

(5) Ordinamus insuper in Palatio apostolico cantores in competenti numero esse debeant, qui omnibus diebus, sive exeat papa sive non, missam et horas canonicas in capella publice cantent, ut, qui illuc ingrediuntur, domum illam orationis esse cognoscant et ad devotionem merito incitentur.

---

[a] Cantores *VL 3883, München 422*

DE SECRETARIIS[a].

(6) Preterea volumus et ordinamus, quod secretarii domestici et palatini advertant ad expeditionem brevium et non expediant per brevia res magni momenti, sed leves. Alie autem res expediantur per bullas, ut fuit semper observatum. Et caveant, ne ex contrarietate brevium fiat confusio et, quod concessum est per unum breve, cito per aliud sine causa cum partium discrimine revocetur.

---

[a] De secretariis *VL 3884, München 422*

(7) Preterea, cum expeditio bullarum, que non sunt de curia, per Cameram videatur potius adinventa pro partium sublevatione quam pro iniuria alteri inferenda vel iure quesito tollendo, volumus, quod tunc demum expediantur per Cameram, quando per Cancellariam iuxta stilum consuetum non possunt expediri propter aliquos defectus non multum graves aut notabiles, videlicet in errore narrationis vel in aliqua clausula omissa vel aliqua superflue posita vel similibus, ita ut semper attendatur, ne ius quesitum tollatur aut res exorbitans concedatur presertim in preiudicium alterius[a].

---

[a] *VL 3884 folgt von anderer Hand* Nulla revalidatio fiat per breve, nisi super littera vel minuta brevis habeat manu duorum referendariorum, alias sit irrita.

(8) Mandamus etiam, quod residuum familie nostre, sive sint cubicularii secreti sive alii portam camere papagalli custodientes sive etiam capellani aut scutiferi, abstineant ab illicitis, servent omnem honestatem, vertantur[a] in vestimentis honestis coloribus et habitus non

sit indecens et, si fuerint in sacris, non deferant vestes, que vulgariter gavardine nuncupantur[b].

---

[a] vertantur *VL 3883, VL 3884, München 422* utantur
[b] *VL 3884 folgt von anderer Hand* Reliqua vide in memoriali. De datario nulla fit mentio, de quo v(idetu)r summe providend. Super titulis beneficiorum, ne fiant compositiones et antidat(ationes) et quod supplicationes, prout sunt signate, mittant ad registrum ordine suo et quod videantur materia, super quibus est consuetum compositiones fieri, ei contrafaciendo imponat(ur) pena ... etc. Vide in memoriali.

DE REFERENDARIIS[a].

(9) Et cum referendarii frequenter nobis ac Romano pontifici habeant referre continentiam supplicationum, satis videntur ex familia Palatii esse. Unde circa eos statuimus et ordinamus, quod in signatura gratie sint ad summum X[b] tam palatini quam alii et exerceant officium eorum iuxta iuramentum per eos prestitum, videlicet proponant[c] res iustas et rationabiles et explicent continentiam totius supplicationis et vota recta iuxta suam conscientiam dent.

---

[a] De referendariis *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] X *VL 3884, München 422* decem
[c] proponant *VL 3883, München 422* proponat

(10) Item, que proponent, non postea referant sollicitantibus nec modum proponendi nec contradicentes nominent verbo vel signo. Si contrafecerint, sententiam excommunicationis incurrant.

(11) Item omnia alia circa ea, que proponuntur, non revelabunt sub eadem pena etiam cuiuscumque status, dignitatis, preeminentie vel qualitatis persone[a].

---

[a] persone *VL 3883* personis

(12) Item non procurabunt, ut sibi alii referendarii sua suffragia prestent in rebus per eos proponendis, sub simili pena.

(13) Item nihil recipiant propter supplicationes, quas proponent, a partibus vel causarum sollicitatoribus, sed gratis omnino operam impendant, sub pena simili et alia per nos imponenda.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(14) Item non proponent res, quarum expeditio eis commissa est, nec etiam significabunt proponentibus, quod ipsi habent curam illarum rerum proponendarum et expediendarum.

(15) Item, quod non tacebunt, quando proponuntur res minus iuste contemplatione proponentis aut cuiusvis alterius, etiamsi dignitate cardinalatus sit preditus, quin dicant, quod sentiant iuxta suam conscientiam, quod, si contrafecerit, sit eo facto excommunicatus.

(16) Item, quod sub pena excommunicationis quilibet referendarius teneatur revelare summo pontifici, si intellexerit alium correferendarium munera recepisse, sub simili pena.

De referendariis iustitie[a].

(17) Referendarii autem iustitie sint sex ordinarii et unus pro Cancellaria, qui astringantur[b] ad omnia, ad que supradicti in signatura gratie astringuntur, et sub eisdem penis.

---

[a] De - iustitie *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] astringantur *München 422* astringatur

(18) Item ultra alia, si materia, que proponitur, esset antiqua et fuissent multe commissiones in eadem re alias proposite et concesse, nihil concludatur in eadem propositione vel signatura, sed audiantur prius partes per unum vel duos ex referendariis ad hoc deputatos et in sequenti signatura referant.

(19) Item, si partes intelligentes aliquid proponi debere contra eas requirant referendarios, ut audiant eas, teneantur ante inceptam signaturam partes vel advocatos breviter audire.

(20) Item, quod[a] singulo die signature, quando conveniunt, dicant orationem „Assumus, domine, assumus“.

---

[a] quod *VL 3883* qui

(21) Item, cum periculosius peccetur circa signaturam iustitie quam gratie, nemo ex referendariis accipiat munera ut supra. Si contrarium fecerit, ultra penam excommunicationis, quam supra diximus, pro prima vice sit ab ingressu signature suspensus per mensem, pro secunda vice[a] per quattuor menses et pro tertia vice sit perpetuo illo officio privatus et inhabilis ad illud amplius exercendum.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] vice *VL 3884* vero

(22) Item, quando proponitur causa alicuius referendarii aut fratris, germani aut alicuius in tertio gradu et citra[a] consanguinitatis coniuncti, talis sic coniunctus referendarius debeat ex loco signature exire et illius votum non exquiratur nec ipse, quod alii dixerint, intelligat.

[a] citra *VL 3883* circa

(23) Item, quod nemo scienter proponat commissionem, in qua ipse aut sui consanguinei vel affines[a] usque ad tertium gradum habeant interesse, sub pena excommunicationis, quam ipso facto incurrat.

[a] affines *VL 3884, München 422* affinis

## De dominis cardinalibus[a]

(24) Et quia venerabiles fratres nostri sancte Romane ecclesie cardinales secundum post Romanum pontificem tenent locum, eos hortamur et monemus, quod quilibet ipsorum studeat munditia vite, morum honestate ac gravitate alios precellere et iuxta doctrinam apostoli sobrie, caste et pie vivere in hoc seculo abstinereque non solum a malo, sed ab omni specie mali et sic lucere coram hominibus[b], ut glorificent Deum ex operibus eorum, sint vigiles et solliciti in divinis officiis peragendis et sacris missarum celebrationibus in capellis eorum honestis et separatis a locis communibus, orationi tantummodo dedicatis cum omni attentione et Dei timore in bonum exemplum et doctrinam ceterorum[c].

[a] De - cardinalibus *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] hominibus *VL 3884, München 422* omnibus
[c] *VL 3884 am rechten Rand* Ut habeant zelum domus Dei, sint fideles et liberi in consc.o et viri exemplares, de quibus in antiqua reformat.

DE FAMILIA ET SUPELLECTILE PER DOMINOS CARDINALES HABENDA[a].

(25) Item statuimus et ordinamus, quod ipsorum familia, mensa, supellex eorum et equorum numerositate, fastu pompis vel aliquo excessu irreprehensibilis non sit et ita domum et, que in domo sunt, moderate componant, ut alii non scandalum, sed frugalitatis exemplum ab eis capere possint, illisque tantummodo contenti sint, que sacerdotalem modestiam redolent, non pannis lecti eorum circumornentur vel laneis pretiosis utantur mulierum figuris contextis, que secularibus potius dominis et principibus quam prelatis ecclesie conveniunt.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] De - habenda *VL 3883, VL 3884, München 422*

QUOD DOMINI CARDINALES PER SE VEL VICARIUM ANNUATIM TITULUM SUUM VISITENT[a].

(26) Item visitent per se quilibet cardinalis presens in curia, absens vero per vicarium idoneum, singulis annis titulum suum clericosque et populum ecclesiarum titulo suo subiectarum et cum diligentia inquirat et salubriter provideat super cultu divino bonisque ipsarum ecclesiarum ac vita et moribus clericorum et parochianorum, quos ad bone honesteque vivendum pro posse dirigat et hortetur.

[a] Quod - visitent *VL 3883, VL 3884, München 422*

DE BONIS FACIENDIS PER DOMINOS CARDINALES ERGA EORUM TITULOS[a].

(27) Item pro augmento cultus divini et salute anime sue quilibet cardinalis vel in vita vel in morte tantum proprio titulo relinquat, quo titulo, dum vixit, honoratus fuit, unde communiter unus presbiter sustentari possit. Cumque[b] etiam in edificiis sui tituli predicti satis ruinosi sint, conferat quilibet ad reparationem, quantum et facultas sua possit et liberalitas valeat, ad quod etiam nos adiuvabimus uniendo titulis predictis aliqua beneficia ruralia in terris ecclesie Romane consistentia, nisi cardinales ipsi vita comite[c] suis titulis benefecerint et in fabrica et aliis necessariis opportune providerint[d].

[a] De - titulos *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] cumque *München 422* quicumque
[c] comite *München 422* commode
[d] nisi - providerint *fehlt VL 3884*

DOMINI CARDINALES NON MITTANT SUOS FAMILIARES AD NUNTIANDUM PROMOTIONEM[a].

(28) Item mandamus et pariter prohibemus, ne predicti cardinales familiares suos mittant ad annuntiandum promotiones factas quasi munera accepturi a confirmatis vel provisis prelatis. Mandamus etiam et promotis et procuratoribus eorum, ut nihil talibus promotiones enuntiantibus largiantur, sive nostri sive cardinalium sint familiares sive hostiarii et servientes armorum, alioquin rigide a camerario multentur.

[a] Domini - promotionem *VL 3883, VL 3884, München 422*

(29) Item, ut omnis suspicio turpis questus cesset, ordinamus, quod pro commissionibus ecclesiarum aut sententiis cardinales prefati nihil recipere possint preter esculentia et potulentia secundum iuris dispositionem.

QUOT EQUITOS PROPRIOS HABERE DEBEANT DOMINI CARDINALES, QUANDO EQUITANT[a].

(30) Item, quod prefati cardinales, dum ad Palatium equitant vel se ipsos visitant aut in[b] alio loco ad festum alicuius sancti aut pro aliqua quacumque causa conveniunt vel per Urbem incedunt, non ducant[c] secum familiares domesticos suos continuos commensales equites ultra triginta, quorum duodecim[d] ad minus sint in sacris constituti, ceteri clerici et laici.

---

[a] Quot - equitant *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] in *fehlt VL 3884*
[c] *VL 3884 folgt $$$*
[d] duodecim *München 422* XII

QUIBUS VESTIBUS CLERICI UTI DEBEANT[a].

(31) Item, cum providentia inter ceteros virtutes postrema non sit, sed Deo et omnibus[b] hominibus accepta, quilibet dictorum cardinalium se domui sue bene prepositum ostendat et familiam honestam tam clericorum quam laicorum teneat cum honestis vestibus incedentem, sacerdotes et levitas in testimonium bonum secum habeat attenteque provideat, quod nullus de eorum familia beneficium habens ecclesiasticum portet libratam diversorum colorum nec vestes virgatas, partitas aut frappatas vel de serico sive apertas in pectoribus, brachiiis vel lateribus, sed habitu honesto cum vestibus protendentibus se usque ad genu et ultra modeste incedant, vita et moribus ordinibus suis convenientibus se ornent. Si quis autem familiarium predictorum contrafecerit et per sex menses huiusmodi libratam sive vestes prohibitas deferre compertus fuerit, beneficiorum, que obtinet, per annum privetur. Qui vero pertinaciter huiusmodi vestes predictas portare continuaverit, eo ipso sit privatus suis beneficiis quibuscumque et multo magis, si lascive vivat et canonice admonitus non emendetur. Que omnia et singula volumus extendi etiam ad familiares cuiuscumque Romani pontificis et simpliciter ad omnes curiales.

---

[a] Quibus - debeant *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] omnibus *fehlt VL 3883*

DE CONVIVIIS PER DOMINOS CARDINALES FACIENDIS[a].

(32) Item, cum ex conviviis, que per eosdem cardinales fiunt, scandalum oriatur, statuimus et ordinamus, quod de cetero sobrie et modeste convivia predicta fiant sufficantque duo genera ferculorum lixati videlicet et assati poterunt etiam in principio mense aliquibus pasteriis uti et in fine tortis et fructibus et aliis talibus, que certe cuiquam magno domino sufficere debent. Recitetur in mensa aliqua lectio et verbum divinum, non soni musici, non cantus seculares, non histrionum fabule, ut commune spiritualiter et corporaliter refecti glorificent Deum et cum devotione recedant. Cum vero per se ipsos victu cotidiano ad mensam accedunt, cardinales predicti duobus ferculis simpliciter et aliquibus fructibus sint contenti[b].

---

[a] De - faciendis *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] *VL 3884 am linken Rand von anderer Hand* Ista specificatio non bene sonat, sed quod modeste et sine luxu et pompa et ad refectionem et non ad gulam

A QUIBUS CARDINALES ABSTINERE DEBEANT[a].

(33) Et similiter ordinamus, quod iidem cardinales abstineant a venationibus clamorosis et canibus ac accipitribus alendis, rumore ac sonitu cornuum et latratu canum, que non sine maximo scandalo seculares fieri vident tamquam contra sacrorum canonum sanctiones, cum[b] Deus non in ferarum venatores, sed in hominum piscatores honeste vite exemplo et verbi divini predicatione tam eosdem cardinales quam ceteros ecclesie prelatos elegerit.

---

[a] A - debeant *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] cum *VL 3884, München 422* quando

(34) Item ordinamus, quod cardinales predicti constitutionem beati Gregorii editam in generali sinodo[1] observent, videlicet quod clerici habitu togati et conversatione modesti seu religiosi viri camere[a] eorundem presint et in ipsius ministerio deserviant.

---

[1] *In den Dekreten von Lyon II ist nichts Derartiges zu finden.*

---

[a] *VL 3883 folgt* seu *(?)*

(35) Pascalis etiam pape[a] verbis intendant, videlicet episcopi lectioni et orationi vacent, ut semper presbiteros et diaconos aut alios boni testimonii clericos habeant, ut secundum apostolum et sanctorum patrum instituta possint irreprehensibiles inveniri.

---

[a] pape *fehlt VL 3884; München 422* papa

DE REFORMATIONE CURIE GENERALITER[a].

(36) Et quia circa reformationem curie Romane in universo nostra versatur intentio, statuimus et ordinamus, quod prelati et alii clerici curiales in sacris ordinibus constituti vestimentis utantur, ut sacri canones iubent, abstineantque a coloribus rubeis ac viridibus, vestimenta deferant talaria et tam retro quam a lateribus et ante clausa[b] et absque foraturis ultra oram[c] excedentibus etiam in fixuris.

---

[a] De - generaliter *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] clausa *VL 3884* claura *(!)*
[c] oram *VL 3883* horam

DE DIVERSIS PER OMNES CURIALES OBSERVANDIS[a].

(37) Nullus portet anulum, nisi cui competit ex officio dignitatis, et unum dumtaxat nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes nec caligas solatas nec mitras sericeas aut birreta longa, sed parva et honesta caputia. Tonsuras deferant suis ordinibus congruentes et capillos ita tonsos, quod aures pateant. Non portent in frenis, sellis aut pectoralibus equorum aurum, argentum aut ornamenta metalli depicti sive figurati aut mappas sericeas seu aliam huiusmodi superfluitatem, et quod huiusmodi ornamenta equorum sint unius coloris non rubentis[b] vel viridis nec calcaribus deauratis utatur[c].

---

[a] De - observandis *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] rubentis *VL 3884, München 422* rubei
[c] *VL 3884 am rechten Rand von anderer Hand* Quoad istas caligas solatas non videtur conveniens actum?

QUOT FAMILIARES PRELATI HABERE DEBEANT[a].

(38) Et ne prelati in multitudine, sed honestate familie gloriari videantur, curent in incedendo per viam, quanto pauciores possunt premittere familiares, videlicet patriarche decem, archiepiscopi octo, episcopi sex ante se preire contenti sint[b].

---

[a] Quot - debeant *VL 3883, München 422*
[b] *VL 3884 am rechten Rand von anderer Hand* Nota ante se, quia hodie ut prelati omnes vadunt post

DE ADMONITIONE PRELATORUM ERGA[a] SUOS FAMILIARES[b].

(39) Et quia qualis paterfamilias tales et domestici eius curandum est, ut non solum prelati, sed eorum familiares decentem honestatem serviant[c], quilibet igitur familiares suos sepe admoneat, ne quid reprehensibile aut scandalosum publice vel occulte perpetrare audeant. Huiusmodi familiarum vestes non sint breviores genu ac diversorum colorum nec cum scissuris, frappis vel brodaturis seu recamaturis nec deferant catenas vel alia ornamenta

aurea vel argentea nec cinturas excessive sumtuosas. Sint eorum calige unius coloris similiter et caputia nec dagas seu cultellos aut alia armorum genera deferant.

---

[a] erga *VL 3884* ad
[b] De - familiares *VL 3883, VL 3884, München 422*
[c] serviant *VL 3884* servent

De ludis vetitis[a].

(40) Nemo ex predictis prelatis in curia residentibus ludat aut familiares suos ad taxillos vel alios ludos inhonestos ludere patiatur. Non permittant se a familiaribus suis per civitatem cum avibus associari. Familiares prelatorum beneficiati vel in sacris constituti clericaliter incedant et non laicaliter tamquam scutiferi.

---

[a] De - vetitis *VL 3883, VL 3884, München 422*

De silentio / De notificantibus res curie absentibus vel presentibus extraneis / Pena notificantium[a].

(41) Item, ut quantum fieri per nos potest, muta fiant iuxta verbum[b] prophete labia dolosa, que loquuntur adversus iustum iniquitatem, statuimus et ordinamus ac districte precipiendo mandamus, ne quis in nostra curia commorantium vel eam sequentium, cuiuscumque status, gradus, conditionis aut preeminentie existat, per se vel alium seu alios falsa scribere vel verbo significare presumat quibusvis principibus tam spiritualibus quam temporalibus vel particularibus personis aut oratoribus in eadem curia existentibus de Romano pontifice et cardinalibus pro tempore existentibus nec non de eadem curia eiusque officiis et officialibus omnibus. Talia autem scribentes et significantes, scientes quoque et non revelantes eos, qui talia scribunt et significant, sententiam excommunicationis ipso facto incurrere volumus, cuius absolutionem nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus preterquam in mortis articulo reservamus, revelantibus autem benedictionis apostolice gratiam per presentes impartimur.

---

[a] De - notificantium *VL 3884*
[b] verbum *VL 3884* labium

DE visitatoribus per regiones destinatis[a].

(42) Et ut christiana[b] omnis ecclesia diligentie huius nostre particeps fiat atque ad omnes pariter pastoralis cura descendat, statuimus et ordinamus, quod de decennio in decennium

visitatores nostri et successorum nostrorum Romanorum pontificum, viri graves et timorati atque in legem Domini sufficienter instructi, singuli vel bini, prout magis expediens videbitur, ad nationes et regna potentatusque mittantur, qui vice nostra et successorum predictorum fungentes derelicta visitent et dispersa querant et sanent contrita, tum cetera exequantur, que ad reducendos mores et sancta ecclesie instituta in mandatis habuerint.

---

[a] De - destinatis *VL 3884*
[b] *VL 3883 folgt* religio

DE EXEQUIIS[a].

(43) Quia pompe exequiarum magis sunt vivorum solatia quam subsidia mortuorum, in quibus plurimum hoc tempore exceditur, statuimus et ordinamus in primis, ut exequie venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium moderate fiant, ita ut impensa omnis cere pro exequiis unius cardinalis non excedat summam M[b], archiepiscoporum autem CCCC, episcoporum CCC, protonotariorum CC, reliquorum vero curialium C[c] florenorum auri summam.

---

[a] De exequiis *VL 3884*
[b] M *VL 3884* mille
[c] C *VL 3884* centum

DE DEVOTIONE IN DIVINIS SERVANDA[a].

(44) Et quia, ut inquit Salvator, domus mea domus orationis est, monemus et precipimus omnibus, cuiuscumque sint dignitatis etiam cardinalatus, ut in capella aut alia quacumque ecclesia presentibus aut absentibus nobis, quando divinis intersunt, silentium servent, animum habeant ad divina intentum, non solvant risum aut inanibus sermonibus vacent, sed quilibet vel[b] oret vel contempletur, que aguntur vel dicuntur in missa.

---

[a] De - servanda *VL 3884*
[b] vel *fehlt VL 3884*

DE VESTIBUS PRO DIGNITATE DISTINCTIS[a].

(45) Et sicut in ecclesia sancta dispares sunt gradus ac dignitates, ita quoque vestes et ornamenta debent esse discreta. Pro tanto statuimus, ne paramenta cardinalium sint tam pretiosa in panno, frisio et ornatu, ut equari aut superari videantur paramenta summi pontificis. Ita etiam prelatorum sint moderata, ut illa cardinalium non offuscent, nec abbatum illa

episcoporum et prelatorum, sed omnia sint secundum gradum et personarum conditionem distincta.

---

[a] De - distinctis *VL 3884*

DE MODESTIA EDIFICIORUM[a].

(46) Et cum non solum in supelletili domus, sumptu et vestitu moderatio est adhibenda, sed etiam in edificando, statuimus, ut tam cardinales quam prelati et ceteri curiales edificantes servent modum convenientem dignitati eorum non nimium superbe nec sumptuose, sed pro necessitate et utilitate sua et familie sue.

---

[a] De - edificiorum *VL 3884*

DE IMPETRATIONIBUS SUB FICTIS NOMINIBUS[a].

(47) Rursus, ut fraudibus circa impetrationes a sede apostolica obtinendas obvietur, prohibemus, ne quis nomine principis aut principum seu domini temporalis secularis vel ecclesiastici impetret pro se[b] vel alio a sede apostolica litteras gratiam vel iustitiam continentes, nisi de litteris veris sigillis eorundem principum sigillatis fidem in Cancellaria, cum expedientur bulle, faciat. Qui autem secus egerit, careat ipso facto commodo impetrationis et, si beneficia fuerint impetrata, possint libere tamquam vere vacantia sine alia declaratione per alios impetrari.

---

[a] De - nominibus *VL 3884*
[b] se *fehlt VL 3884*

DE EQUIS AD BRANIUM[a].

(48) Item, quia quanto in maiori dignitate sunt constitute persone, tanto magis eis convenit ab actibus dignitati earum non conventientibus abstinere. Ideo prohibemus, ut[b] deinceps curialis quicumque, etiamsi episcopali, archiepiscopali vel alia quacumque dignitate prefulgeat, audeat equos ad currendum in publicis spectaculis pro bravio lucrando ponere, sub pena perditionis equi ipso facto, si contrafecerit, ita ut sine alia declaratione equus ipse sit Camere apostolice.

---

[a] De - branium *VL 3884*
[b] ut *VL 3883, VL 3884* ne

DE RELIGIOSIS ROME EXISTENTIBUS[a].

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(49) Omnes etiam religiosi existentes in hac Romana curia portent habitus suarum religionum in colore, valore, longitudine et amplitudine. Cum incedunt per civitatem, vestes deferant superiores iuxta institutiones suorum ordinum. Et canonici regulares pro veste exteriori portent croceum mantellum vel rotundellum.

[a] De - existentibus *VL 3883, VL 3884, München 422*

QUA PENA FRATRES PER URBEM VAGANTES ABSQUE LEGITIMA CAUSA AFFICI DEBEANT[a].

(50) Nec per hanc curiam Romanam religiosi sine causa vagari presumant teneanturque statim post primum diem adventus sui presentare se superioribus suis vel eorum vicariis aut procuratoribus. Et qui hic non haberuerint superiores vel eorum vicarios, representent se generali protectori et, si sine causa legitima huc advenerint, remittantur ad eorum monasteria. Et, si, ut predictum est, representare se aut ad monasteria reverti contempserint, de mandato suorum superiorum vel protectoris presidentis per soldanum carceri mancipentur.

[a] Qua - debeant *VL 3883, München 422*

CONTRA CONCUBINARIOS[a].

(51) Preterea prohibemus, ne quis officialis aut clericus quicumque etiam palatinus aut alicuius ex cardinalibus familiaris concubinam publice in domo sua aut alibi deinceps tenere presumat, quod, si contrarium fecerit, nisi post presentium publicationem in valvis basilice principis apostolorum de Urbe et in Cancellaria apostolica faciendam infra decem dies cum effectu destiterit, sit eo ipso excommunicationis sententia innodatus. Si autem per mensem dictos X[b] dies immediate sequentem continuaverit, beneficiis et officiis sit ipso iure privatus, que libere per alios possint impetrari, sitque inhabiles ad futura obtinenda.

[a] Contra concubinarios *VL 3884, München 422*
[b] X *VL 3884, München 422* decem

CONTRA ...[a]

(52) Insuper statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli, qui pro sacris sive aliis conferendis vel suscipiendis ordinibus aut dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum vel beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque collatione, provisione, presentatione, electione, postulatione, translatione, confirmatione, assecutione simonie labem committere tam dando, recipiendo quam etiam mediatores interessendo aut participando

presumpserint, cuiuscumque dignitatis, gradus, status vel conditionis fuerint, illas prorsus excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque sententias, censuras et penas ab eisdem nostris predecessoribus in simoniacos per constitutiones, statuta et ordinationes ipsorum hactenus promulgatas ipso facto incurrant.

---

[a] Contra ... *VL 3883*

(53) Et nihilominus per electiones, postulationes, confirmationes, provisiones seu quascumque alias dispensationes, quas in antea fieri contigerit et quas viribus omnino carere decernimus[a], in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis quibuscumque nullum cuique ius quomodolibet acquiratur neque faciat quisquam quomodo fructus suos, ad quorum integram restitutionem volumus esse astrictus[b].

---

[a] decernimus *VL 3883, VL 3884, München 422* decernit
[b] *VL 3884 folgt*

Non inconviens esset addere, quod omnes, qui ex iustis causis in curia manent, in moribus, vita, habitu, tonsura et in legendis canonicis horis, ut ius disponit, se habeant et si qui curiales et laici reperti fuerint lenones, concubinarii, lusores et deceptores, ab honestat(e) declinantes, a curia omnino r...ant, ut in antiqua reformatione. *(nur in VL 3884 von jüngerer Hand)*

## De Cancellaria et eius partibus[a]

DE TAXA[b].

(54) Statuimus insuper[c] et ordinamus, quod abbreviatores litterarum apostolicarum, qui sancte Romane ecclesie vicecancellario circa ipsarum expeditionem assistunt, in singulis eorum officium concernentibus mature et accurate procedant et in ipsarum litterarum expeditione sic provide ac diligenter se exhibeant, quod a signaturis concessionum vel supplicationum apostolicarum nullatenus devient, sed stilum ipsius Cancellarie diutius approbatum et regulas per nos editas observent nihilque ultra taxas debitas et ordinata stipendia tam ipsi quam ceteri abbreviatores etiam de prima visione, auscultatores quoque[d], rescribendarii et alii ipsius Cancellarie officiales recipiant nec ultra ipsorum salarium a partibus exigant etiam gratis oblatum. Et, si aliqua littera apostolica ipsorum culpa vel defectu fuerit rescribenda, illius rescribatur impensis, cuius culpa vel defectu evenit et, si infra biduum

rescripta non fuerit, is, qui in culpa fuit et qui tenetur, sive abbreviator sive scriptor sit, unius floreni auri pena qualibet vice multetur.

---

[a] De - partibus *VL 3883, München 422; VL 3884* De cancellaria .... (verblasst)
[b] De taxa *VL 3884*
[c] insuper *fehlt München 422*
[d] quoque *VL 3884, München 422* que

DE REGISTRIS SUPPLICATIONUM[a].

(55) Supplicationes vero et littere apostolice ad registra delate cum omni diligentia registrentur et similiter littere, que ad bullariam deferuntur, debeant sine mora bullari. Et, si in premissis aliqui negligentes fuerint aut ultra taxam aliquid a partibus receperint vel si rescribendarius pro tempore existens taxas per eundem Iohannem XXII predecessorem limitatas[1] excesserit, sententiam excommunicationis incurrat et nihilominus, si excessum suum celeriter emendare neglexerit[b], eorum quilibet officio privetur.

---

[1] *Vgl. Johannes XXII. Nr. 54 und 79, Eugen IV. ME 9A*

---

[a] De - supplicationum *VL 3884 und am rechten Rand* Vide infra fol. quarto *(= [65]), sowie am linken Rand* Nota, quod ultra taxam Iohannis XXII scriptores et alii officiales recipiunt pro scriptura, prout eis vider(it)
[b] neglexerit *München 422* neglexerint

DE SCRIPTORIBUS APOSTOLICIS ET PENITENTIARIE[a].

(56) Item volumus, statuimus et ordinamus, quod tam apostolicarum quam Penitentiarie litterarum scriptores infra trium mensium spatium a die publicationis presentium computandum ad exercendum personaliter sua officia redire et in eadem curia debeant residere, impedimento cessante legitimo vel nisi a nobis sive vicecancellario licentiam habuerint specialem, alioquin nulla emolumenta percipiant absentia predicta durante.

---

[a] De - Penitentiarie *VL 3884*

(57) Item volumus, quod, si quis de excessiva taxa coram eodem vicecancellario sive regente aut super aliquo excessu in[a] hiis, que Cancellariam apostolicam concernunt, exposuerit, idem vicecancellarius sive regens vel presidens habito cum assistentibus predictis consilio videlicet de excessu et eorum determinationi stetur, restituta parti pecunia minus iuste exacta. Et similiter de abbreviatoribus et notariis ultra debitum exigentibus volumus observari, salvis semper et reservatis[b] aliis constitutionibus et ordinationibus predecessorum eorundem super hoc editis, que in reliquis suis partibus maneant immutate.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] in *VL 3883* ex
[b] reservatis *München 422* resignatis

DE RESCRIBENDARIIS[a].

(58) Item volumus, statuimus et ordinamus, quod rescribendarius Cancellarie apostolice, qui erit pro tempore, et similiter deputati sive ei adiuncti in taxandis litteris apostolicis non excedant neque partes gravare presumant ultra debitum rationis et in ipsarum litterarum taxatione moderationem eiusdem Iohannis XXII[b] predecessoris[c] observent, abstineant quoque, ne prece aut pretio remissiores[d] taxas faciant aut corruptelam aliquam in premissis committant sive pro hiis aut litteris, que de mandato nostro gratis[e] expediuntur, aliquid exigant sive recipiant etiam sponte oblatum aut partes detineant vel super litterarum predictarum expeditione impediant. Qui vero in premissis vel eorum aliquo culpabilis fuerit, ultra restitutionem eius, quod[f] indebite recepit, emolumentis officii, quod exercet, per tres menses privatus existat, que capelle[g] scriptorum debeant applicari. Pro excessu autem graviori scriptorie officio suo sit privatus.

[a] De rescribendariis *VL 3884*
[b] XXII *München 422* 22
[c] *VL 3884 folgt* nostri
[d] remissiores *München 422* remissiones
[e] gratis *fehlt VL 3884*
[f] quod *München 422* quid
[g] capelle *VL 3883, München 422* gabelle

Videtur, si nova officia sunt necessaria vel saltem, si servant constitutiones et, si non compellant ad eorum observantiam, penas in eisdem constitutionibus contentis. *(nur in VL 3884 von jüngerer Hand)*

## De Rota[a]

DE AUDITORIBUS ET NOTARIIS. DE[b] EXPENSIS FACIENDIS PER NOTARIOS AUDITORIS[c].

(59) Circa auditores statuimus et ordinamus, quod nullus causarum Palatii apostolici auditor, si cum eo notarii cohabitent, ab eis recipiat mensuatim pro expensis, nisi quod cum veritate exponitur, ita ut quattuor notarii expensas debeant subire tam auditoris quam trium familiarium. Si quid[d] autem plus exegerit, penam excommunicationis ipso facto incurrat. Si autem non recipiat pecunias, sed malit, quod notarii faciant per se expensas auditori et tribus familiaribus iamdictis, sint contenti mediocribus cibariis non nimium delicatis nec

rusticanis, sed inter utrumque medium tenentibus nec in pluralitate excedentibus. Preter hec ratione expensarum nemo plus petere possit.

---

[a] De Rota *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] auditoribus - De *fehlt VL 3884*
[c] De - auditoris *VL 3883, VL 3884, München 422*
[d] quid *VL 3884, München 422* quis

QUANDO NOTARII DEBEANT ASSOCIARI AUDITORES[a].

(60) Item, quod nemo auditorum gravet notarios ad sociandum eos continuo, cum ex tali absentia notariorum a domibus partes litigantes sentiant detrimentum, nisi rationabilis aliqua causa occurreret ut[b] ad funus alicuius prelati vel ad consistoria publica vel alia huiusmodi.

---

[a] Quando - auditores *VL 3883, München 422*
[b] ut *München 422* et

DE BONIS NOTARII DEFUNCTI[a].

(61) Item, quod, si contingat aliquem ex notariis mori, non se intromittat de bonis defuncti, nisi sit constitutus heres vel executor, sed permittat libere successores illius ex testamento vel ab intestato defuncti ordinare.

---

[a] De - defuncti *VL 3883, VL 3884, München 422*

DE OFFICIO NOTARII DEFUNCTI[a].

(62) Item, occurente casu mortis alicuius ex notariis, etiamsi ille sit, quem posuit de officio notariatus, non se intromittat ipse auditor, sed summus pontifex, nec ab eodem notario auditor ipse exigat aliquam summam pecuniarum nec per indirectum de ipso officio disponere videatur.

---

[a] De - defuncti *VL 3883, VL 3884, München 422*

QUOD AUDITORES NON LITIGANT[a].

(63) Item, ut auditores cum nemine habeant litigare, statuimus, quod, si aliquis ex ipsis auditoribus dicat se ius habere in aliquo beneficio per alium possesso vel alius pretendat ius contra aliquem auditorem possessorem, teneantur ambo ius habere pretendentes concordare in unum aut cardinalem aut prelatum alium vel amicum communem, qui iuribus

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

utriusque partis visis terminet causam summarie, simpliciter etc. A cuius sententia non liceat appellare.

---

[a] Quod - litigant *VL 3883, VL 3884, München 422*

DE PROPINIS[a].

(64) Item, ne propine modum excedant, statuimus, ut propine ipse[b] non possint fieri nisi in cera, confectionibus et volatilibus[c] sic tantum, quod pro una sententia diffinitiva non recipiatur etiam ab aliquo sponte offerente ultra valorem trium ducatorum. Si quis autem ultra receperit vel in aliis rebus, ut[d] est in vino, grano, ordeo aut similibus, penam incurrat excommunicationis ipso facto.

---

[a] De propinis *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] ipse *fehlt VL 3883*
[c] volatilibus *München 422* volantibus
[d] ut *München 422* hoc

DE SALARIO NOTARII[a]: I[b] DUCATUS PRO XXV FOLIIS[c].

(65) Litigantium multiplicibus incommodis laboribus et oneribus paterno affectu compatientes assiduo singulas exquirimus vias opportunas, quibus eos, quantum ratio et equitas suadent, ab expensis excessivis sublevemus. Hac igitur constitutione perpetuo valitura statuimus et ordinamus, quod de cetero notarius tam coram auditoribus quam commissariis in eadem curia deputatis scribens non recipiat ultra unum ducatum auri de Camera pro foliis seu petiis XXV[d], quorum quelibet facies sit XXV linearum et quelibet linea triginta[e] litterarum[f].

---

[a] De salario notarii *fehlt München 422*
[b] I *VL 3884, München 422* Unus
[c] De - foliis *München 422, VL 3883, VL 3884*
[d] XXV *München 422* 25
[e] triginta *VL 3884* XXX
[f] *VL 3884 auf dem rechten Rand* Occurrit ad hec, quod non / servetur consuetudo, quod no- / tarii faciunt expensas / auditoribus et consequen[...] / debeat provideri per ponti- / ficem, quia secundum reformationem / aliorum videntur? auditores participes huiusmodi / excessus et supp[... / ...ne] causas teneant in long. / Et nota, quod Innocentius VI / dictis auditoribus sacri / Palatii salaria infra- / dictis, ne ob ino ... / ...tibus corrumpi po[ssint]. / Dicebat R. familiaris n.. / ..les et ab alieno cibo / abstineat, si sit oblata [...-] / vis modo edendi faculta[...] / ut habet in vita dicti Innocentii / et sic partes essent excommunicati / et provisio facilis esset danto auditoribus beneficia

DE REDACTIS IN PUBLICA FORMA. PRO SUBSCRIPTIONE ET SIGNO NOTARII I[a] DUCATUS[b].

(66) De hiis vero, que rediguntur in publicam formam, fiat extimatio foliorum seu petiarum iuxta taxam de foliis registrorum proxime precedentem, sed pro[c] carta solvatur notario, quantum exposuit, et pro subscriptione et signo eiusdem notarii solvatur unus ducatus.

---

[a] I *VL 3884* unus
[b] De - ducatus *VL 3883, VL 3884, München 422*
[c] pro *München 422* quod

PRO REDACTIS IN FOLIO MEDIUM DUCATUM[a].

(67) Preterea pro singulis XXV foliis registri redactis in copiis ad instantiam partis ultra medium ducatum non recipiatur.

---

[a] Pro - ducatum *VL 3883, VL 3884, München 422*

PRO EXAMINE TESTIS III[a] GROSSOS[b].

(68) Pro examine autem testis cuiuslibet in domo auditoris vel commissarii examinati ultra tres grossos non recipiat, sed, si ad domum testis accesserit notarius, ultra medium ducatum non exigat.

---

[a] III *VL 3884* 3
[b] Pro - grossos *VL 3883, München 422*

(69) Similiter pro nota sententie diffinitive ultra ducatum unum non recipiat.

PRO INSTRUMENTO DIFFINITIVE SENTENTIE DUO DUCATOS. PRO NOTA INTERLOCUTORIE SENTENTIE DIMIDIUM[a] DUCATUM. PRO RUBRICATURA[b].

(70) Pro instrumento quoque sententie diffinitive ducatos duos et idem pro instrumento sententie vim diffinitive habentis, sed pro nota sententie interlocutorie dimidium ducatum et pro instrumento eiusdem ducatum unum. Pro rubricatura vero registrorum de partibus habitorum, de quolibet centenario foliorum ducatos duos.

---

[a] sententie dimidium *München 422* I
[b] Pro - rubricatura *VL 3883, VL 3884, München 422*

INSTRUMENTA SEMEL POSITA PER INSERTUM AD LONGUM NON REPETANTUR[a].

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(71) Adiicimus insuper, quod mandata procuratorum seu alia instrumenta semel per extensum in registris[b] posita per insertum vel aliter recitative ante instrumentum vel post non ponantur ad longum vel repetantur.

---

[a] Instrumenta - repetantur *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] in registris *VL 3884* registri

QUOMODO DEBEAT SCRIBI TEMPUS, QUO NON TENETUR IUDICIUM. QUOMODO DEBEANT PUNIRI NOTARII PREFATA NON OBSERVANTES[a].

(72) Quodque indictio vacationum, anni domini nostri Iesu Christi et mensis, pontificatus mutatio nec non festum occurrens in aliquo termino et exequie alicuius sancte Romane ecclesie cardinalis, recessus quoque[b] alicuius legati aut reditus aut alia huiusmodi[c] non per longam seriem verborum recitetur, sed per hunc modum „Tali die fuit festum talis sancti et ideo non fuit iudicium tentum". Et, ut melius hec omnia serventur, sint notarii astricti per se ipsos et non per substitutos in causis scribere. Si quis autem in premissis aut eorum aliquo contrafecerit, pro prima vice penam suspensionis ab officio per mensem et excommunicationis incurrat ipso facto, a qua non possit nisi a nobis absolvi, et absolutio non impendetur, nisi integre restituerit parti, quidquid ultra debitum exegerit. Si propter nimiam exactionem incurrerit excommunicationem, pro secunda autem vice sit officio notariatus eo ipso privatus et ad illud penitus inhabilis, aliis autem constitutionibus predecessorum nostrorum circa notarios et eorum exercitium editis in suo[d] robore permansuris. Volumus autem, quod primus cardinalis episcopus et antiquior ex referendariis sint huius constitutionis conservatores.

---

[a] Quomodo - observantes *VL 3883, VL 3884, München 422*
[b] alicuius - quoque fehlt *VL 3883*
[c] aut - huiusmodi fehlt *VL 3883*
[d] in suo *VL 3883* ut sub

## De registro supplicationum[a]

(73) Item statuimus et ordinamus, quod omnia et singula emolumenta dicti registri tam magistrorum quam clericorum et scribentium inibi et qui pro quinternis scribendis ab ipsis magistris solvi consueverunt ac quavis alia tam particulariter quam universaliter provenientia de cetero perpetuis futuris temporibus sint communia et in capsa tribus claudenda clavibus, quarum primam magistri, secundam clerici, tertiam vero scribentes prefati teneant, deponantur et serventur et singulo mense in eius fine - solutis omnibus expensis dicti registri - inter ipsos magistros, clericos scribentes equis portionibus dividantur et unusquis-

que suam recipiat portionem, ita tamen quod magistri eiusdem registri, qui quattuor numero sunt, in distributione emolumentorum ipsius registri[b] pro tribus personis tantummodo computentur.

---

[a] De - supplicationum *VL 3883, München 422*
[b] qui quattuor - registri fehlt *VL 3884*

(74) Item volumus, quod ex ipsis magistris et clericis saltem duo, de scriptoribus vero saltem quinque die qualibet non festiva tam de mane quam hora vesperorum dictum registrum ‹frequentare› et secundum exigentiam negotiorum inibi residere teneantur, alioquin pro qualibet vice, qua defecerint, magistri in tribus, clerici in duobus, scribentes vero in uno grossis sine remissione multentur Camere apostolice applicandis, quorum absentiam singulis hebdomadis alternatis vicibus per ipsius registri magistros sub excommunicationis pena volumus fideliter annotari, non obstantibus ipsius registri statutis et consuetudinibus etiam confirmatione apostolica roboratis, quibus alias derogare non intendimus, ipsis alias in suo robore duraturis ceterisque contrariis quibuscumque.

(75) Item ordinamus etiam, quod de cetero alicuius supplicationis copiam ex dicto registro cuipiam petenti non tradant, nisi alicuius predictorum magistrorum manu prius signata fuerit, sub excommunicationis pena, quam contrafacientes eo ipso incurrunt.

## De officio Penitentiarie[a]

(76) Preterea statuimus et ordinamus, quod nullus penitentiarius audiat in confessione illos, quorum idioma nec intelligit nec loquitur, sub pena suspensionis ab exercitio officii per mensem, quam ipso facto contraveniens incurrat.

---

[a] De - Penitentiarie *VL 3883, VL 3884, München 422*

(77) Item quod nullus sub colore elemosine faciende certis locis exigat a penitentibus pecuniam aliquam nec imponat pro penitentia, ut faciat celebrari missas, et exigat directe vel indirecte, ut ipsi celebrent eas, nec vota nec oblationes debitas alicui ecclesie ipsemet exigant et retineant, quod, si contrafecerint in supradictis casibus, penam excommunicationis ipso facto incurrant.

(78) Item, quia aliquando magnum scandalum subortum est ex hoc, quod confessor audito aliquo casu sibi non permisso in continenti vocat clericum seu procuratorem Penitentiarie et revelat sibi, ut litteras procuret absque hoc, quod penitens sit plene informatus de modo publicandi delictum suum per litterarum expeditionem, de quo, si plene informaretur, pro toto mundo non permitteret publicari. Unde statuimus et ordinamus, quod provisio felicis recordationis domini Benedicti, que sequitur, servetur: „Nullus penitentiariorum scienter absolvat quemquam a peccato vel peccatis in aliquo casu sibi non permisso vel ambiguo vel in dicto casu dispenset, nisi de speciali mandato Romani pontificis vel penitentiarii maioris, cui teneatur exprimere dictum casum sine alicuius revelatione vel expressione persone[1]“.

---

[1] *Vgl.* GÖLLER, *Pönitentiarie 1 S. 136.*

(79) Preterea statuimus, quod missa, que singulis diebus est celebranda per penitentiarios iuxta eorum statuta, sit finita ante ortum solis, ad quam omnes tam numerarii quam substituti teneantur convenire. Interea vero, dum celebratur, nemo[a] ex eis sive numerariis sive substitutis audiat confessiones penitentium, sed ea finita.

---

[a] nemo *München 422* unus

(80) Item, quod a substitutis pro tempore nihil exigant neque cum eis pro aliqua pecunie summa vel re alia pacificantur neque ab eis aliquid recipiant etiam sponte oblatum, alioquin sententiam excommunicationis eo ipso incurrant et ad restitutionem eius, quod acceperint, tenantur.

### De scriptoribus Penitentiarie[a]

(81) Item statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus officium Penitentiarie assequi et exercere valeat, nisi sit presbiter aut saltem in sacris ordinibus constitutus, sub pena privationis officii supradicti. Cedentibus vero vel dececentibus scriptoribus modernis dicte Penitentiarie videlicet laicis ad officium huiusmodi nullus laicus assumi valeat, nisi presbiter vel in ipsis sacris ordinibus constitutus, qui annum vigesimum etatis sue peregerit.

---

[a] De - Penitentiarie *VL 3883, VL 3884, München 422*

### Circa executionem reformationum[a]

(82)[b] 1 Et quia non sufficit leges condere, nisi sit, qui faciat
2 eas servari, videtur providendum circa executionem
3 reformationum ipsorum officiorum et quedam alia
4 officia scilicet, que ad Cancellariam pertinent et
5 Audientiam et Penitentiariam, omnia reformata
6 fuerunt per pontifices precedentes, unde non ex-
7 pedit, nisi forent, quod observentur illa, qui ipsi
8 statuerunt et ordinaverunt presertim circa
9 taxas et emolumenta officiorum Iohannis XXII[1]
10 et Gregorii XI[2] circa Audientiam Rot(e), unde
11 videtur di... advisamentum, quod super hoc a-
12 liqui reverendissimi cardinales vel .... alii prelati timen-
13 tes Deum iusti et prudentes deputarentur,
14 qui investigarent de omnibus illis refor-
15 mationibus et constitutionibus factis, si
16 servantur et si in....i essent, quod vero com-
17 pellerent officiales predictos eas servare
18 per penas in eis contentas et eas debite executioni
19 mandarent, et[c] deputarentur cum potestate
20 etiam imponendi alias penas usque ad privationem
21 officiorum inclusive, ut pena ipsorum sit me-
77 tus aliorum.

---

[1] *Gemeint ist wohl Johannes XXII. Nr. 79 in der Form von Eugen IV ME 9A.*
[2] *Gregor XI. Nr. 86.*

---

[a] Circa - reformationum *VL 3884, München 422*
[b] *(81) fehlt VL 3883, es folgen am oberen, linken und unteren Rand von der gleichen jüngerer Händ, die auch (76)-(81) umformulier hat, was hier aber nicht vermerkt ist, bis fol. 25v weitere die Pönitentiarie betreffende Reformvorschläge*
[c] et *VL 3884* quod etiam

## 217.

***Münster**, Nordrhein-Westfälisches Staatsarchiv, Msc. VII Nr. **43**, fol. 24v; **Druck**: Schmitz-Kallenberg, Practica Cancellariae Apostolicae S. 73f.*

1471 die veneris 9 Augusti[1] electus seu assumptus; dominica 25 Augusti[2] coronatus;

---

[1] *1471 August 9.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

27 augusti regule Cancellarie eiusdem publicate[3];

19 decembris regule expectativarum publicate.

1472 kalendis ianuarii[4] concessit expectativas, sed non motu proprio;

V ianuarii[5] concessit prerogativas familiaribus suis descriptis.

1473 8 aprilis dedit facultatem nominandi imperatori[6];

24 aprilis regula prerogativarum pro familiaribus non descriptis.

1474 23 augusti regula publicata motuum proprium non suffragari, nisi ad tollendum subreptionem.

1481 gratias expectativas secundo concessit anno eius XI[7].

1484 iovis 12 augusti obiit[a].

---

[2] *1471 August 25.*
[3] *Erlassen* (edite) *bereits am 10. August. Es war Regel, dass die Päpste gleich nach ihrer Wahl, gewöhnlich am folgenden Tag die Kanzleiregeln erließen, dass diese dann erst nach ihrer Krönung publiziert wurden, vgl.* OTTENTHAL, *Kanzleiregeln S. IX ff., XIII.*
[4] *1472 Januar 1.*
[5] *1472 Januar 5.*
[6] *Die Vergebung von 300 Pfründen bewilligte Sixtus IV. dem Kaiser Friedrich III. an diesem Tage, vgl.* CHMEL, *Aktenstücke und Briefe zur Geschichte des Hauses Habsburg im Zeitalter Maximilians I (= Monumenta Habsburgica I,1) Wien 1854, Bd. 1, S. 316-323, 333, 354-358.*
[7] *1481 August 25 – 1482 August 24.*

---

[a] *Layoutendnote*

## 1.

*Sixtus IV auditoribus Rote privilegium concedit expediendi gratis litteras apostolicas; cuius tamen executionem suspendit.*

*Druck: Cerchiari, Capellani papae 3 S. 183-185 Nr. 112; Arch. Rotae, Privilegia, tom. I, part. I, n. XXIV.*

*Sine data.*

Motu proprio et ex certa nostra scientia districte precipiendo mandamus dilectis filiis rescribendario et computatori litterarum apostolicarum pro tempore existentibus reliquisque officialibus ac illi vel illis, quos presens tangit negotium seu quomodolibet tangere potest in futurum, sub excommunicationis pena, quam alias contrafacientes incidant, quatinus omnes et singulas litteras apostolicas pro dilectis filiis nostris causarum palatii nostri auditoribus capellanisque nostris modernis, quamdiu illi in humanis extiterint et auditoriatus officium exercuerint, tam communiter quam divisim eos concernentibus gratis ubique de mandato nostro expediant et duplicatum earum, etiamsi ex quaterno cancellarie apo-

stolice extrahi debeant, signent et notent de mandato nostro vel Romani pontificis gratis ubique, nec non litterarum apostolicarum in maiori parco presidentibus ac reliquis abbreviatoribus nec non scriptoribus, custodi et aliis dicte Cancellarie et Camere apostolice officialibus nec non tam supplicationum quam bullarum, etiam in camera apostolica registris, registratoribus, clericis et notariis in registris et Camera antedictis ac Audientie litterarum contradictarum lectoribus et procuratoribus nec non bullatoribus et in plumbo magistris et reliquis nostris et dicte sedis ac romane curie officialibus tam presentibus quam futuris et cuilibet eorum sub pena predicta, ne pro litteris apostolicis sive sub bulla sive in forma brevis, sive iustitiam sive gratiam concernant, etiamsi illas ex quaterno cancellarie predicte assumant, ut prefertur, ac ratione taxe litterarum predictarum sive pro registratura aut sumptibus et copiis supplicationum et litterarum earumdem quibus ipsi auditores pro tempore indiguerint, et per se vel alium duxerint expedienda vel requirenda, aliquid ab eis vel eorum sollicitatoribus exigere presumant, sed illa omnia eis gratis dent absque contradictione, resistentia vel impedimento quocumque. Si vero littere ipse ad Cameram apostolicam iuxta illius consuetudinem remittende fuerint, illas ad officiales dicte Camere sub eadem pena transmittant, ulteriori iussione nostra in premissis omnibus non expectata, et ut ordinatio ac mandatum nostrum huiusmodi a premissis omnibus observetur, dilectis filiis apostolicam Cancellariam pro tempore regentibus tenore presentium committimus et mandamus, ut prefatas nostras litteras apud officiales prefatos, ubi et quando pro parte dictorum auditorum vel alicuius eorum fuerint requisiti, auctoritate nostra solemniter publicent et in premissis eisdem auditoribus efficacis defensionis presidio assistant nec permittant eis super expeditionibus litterarum et aliorum premissorum contra mandati et ordinationis nostri predictorum tenorem, molestationes vel moras aut impedimenta aliqua irrogare seu ab eis pecunias aliquas eadem occasione extorqueri nec non illos ex rescribendariis, computatoribus reliquisque officialibus predictis, quos ex prevaricatione ordinationis et mandati nostri predictorum excommunicationis sententiam incurrisse per solam facti evidentiam seu ad duorum fidedignorum relationem, cui firmiter stetur, eis constiterit exommunicatos publice nuntient faciantque ab aliis nuntiari et ab omnibus arctius evitari, donec paruerint ac meruerint ab eadem sede absolutionis beneficium obtinere, non obstantibus quibuscumque aliis ordinationibus nostris tam factis quam faciendis, etiam individualiter premissis derogantibus, ad quorum omnium robur et omnimodam firmitatem sigillum anuli piscatoris presentibus apponi mandavimus.

Placet et ita mandamus, F(ranciscus).

*Rom, 1473 April 30*

Reverendissime pater, dominus rescribendarius et scriptores apostolici vellent habere audientiam a sanctissimo domino nostro super causa paternitati vestre ad instantiam auditorum Rote contra eosdem scriptores super gratiis per eos obtentis et obtinendis ubique gratis expediendis pretextu cuiusdam mandati eidem paternitati vestre per prefatum dominum nostrum facti commissa, cuius vigore eadem paternitas monuit dictos scriptores, ut infra tres dies illi parere deberent sub excommunicationis et aliis penis in eodem mandato contentis. Idem sanctissimus dominus noster hanc rem melius et maturius intelligere volens, motu proprio suspendit dictum mandatum et absolvit dictos scriptores ab huiusmodi sententiis et censuris, mandans eidem paternitati vestre, ut in eadem causa ulterius procedere non debeatis, nisi aliud mandatum a sua sanctitate habueritis. In cuius rei testimonium hanc presentem cedulam fieri nostrique minoris sigilli iussimus impressione communiri. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, die ultima aprilis MCCCCLXXIII.

Ita est. p. Car.[lis] scti. Sixti manu propria.

*Confirmat privilegium expectativarum.*

***Città del Vaticano**, **A**rchivio **S**egreto **V**aticano, **R**eg. **V**at. **647,** fol. 235r-237v (kollationiert 28.11.11); **Città del Vaticano**, ASV, Archivio Rota, Privilegia 1 pars 1 n. 26 (= Misc. 1 fol. 79); **Druck:** CERCHIARI, Capellani papae 3 S. 212-216 Nr. 126; **Regest:** GÖLLER, Geschichte S. 47.*

Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta singulorum conditiones et merita attendens, illos potioribus favoribus prosequitur, qui iugiter suis et apostolice sedis insistentes obsequiis labores continuos et graviores preferre noscuntur. Nuper siquidem dilectis filiis Gabrieli de Sclafanatis[1] et nonnullis aliis familiaribus nostris continuis commensalibus, in certis litteris[a] in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum et officiorum necnon beneficiorum aliorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis sub dat(a) quintodecimo kalendas decembris pontificatus nostri anno undecimo[b] concessarum et in posterum sub eadem vel quavis alia data concedendarum et[c] extensionum ac revalidationum seu mutationum collationum earundem, si quas per nos in antea fieri contingeret, acceptarent assecutione motu proprio concessimus, prout in nostris inde confectis litteris, quarum tenorem presentibus haberi volumus pro expresso, plenius continetur. Cum autem, sicut experientia efficax

[1] *Gabriel de Sclafanatis.*

rerum magistra demonstrat ad sedem predictam de universis mundi partibus deferantur[d] cause in numero copioso et in illarum audientia et decisione ministrandaque iustitia confluentibus propterea ad sedem ipsam dilecti filii collegium auditorum causarum nostri sacri palatii capellanorum ac verorum et indubitatorum nostrorum et apostolice sedis prefate familiarium et continuorum commensalium submissis humeris, indefesso animo, firma constantia et operosa diligentia, graves admodum et continuos labores perferunt, nobisque et dicte sedi in ea, que potissima onerum apostolatus officiis[e] pars esse dinoscitur, suffragari non cessant, Romanusque pontifex per eos causarum merita videat, examinet et dicidat, ac propterea non minori prerogativa sint digni qua alii familiares nostri, qui in aliis se exercent obsequiis. Nos cupientes prefatum collegium auditorum ac locatenentium eorundem, qui veri et indubitati familiares nostri continui commensales existunt et quos tales esse decernimus per presentes, tantum magis sedis prefate munificentia extollere et amplioribus favoribus prosequi, quanto exquisita eorum circumspectio et industria, eminens scientia litterarum, firma integritas et constans iudicio *(sic)* circa[f] rerum negotiorumque varietates, quibus premimur in universalis ecclesie regimine, reipublice christiane salubrior et utilior esse dinoscitur, motu proprio non ad ipsorum auditorum aut alterius pro eis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et voluntate ac ex certa nostra scientia, premissorum consideratione impulsi et in aliquam[g] suorum laborum et meritorum recompensam ac pro illorum in nos et predictam sedem benemeritis satisfacere et gratificare intendentes, eorumque fidem et auctoritatem extollere ad nostrum et ipsius sedis decorem et laudem, cupientes predecessorum nostrorum Alexandri V, Iohannis XXIII, Martini V, Eugenii IIII et Pauli II vestigiis inherentes decernimus et declaramus, prefatos auditores et locatenentes eorum omnibus et singulis prerogativis, antelationibus et indultis dictis nostris familiaribus descriptis, ut supra, concessis et quomodolibet concedendis, pariformiter uti et gaudere debere et nihilominus volumus, decernimus et ordinamus ipsique collegio ac auditoribus et locatenentibus eorum[h] presentibus et futuris concedimus, quod ipsi in assecutione quorumcumque canonicatuum et prebendarum nec non dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium portionum ac simplicium et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quarumcumque qualitatum, que vigore gratiarum expectativarum per nos eis sub dat. quintodecimo[i] kalendas decembris pontificatus nostri anno undecimo[j] concessarum et in posterum per nos et dictam sedem sub eadem vel quavis alia data concedendarum et extensionum ac revalidationum seu mutationum collationum earundem, si quas per nos vel ipsam sedem in antea fieri contigerit, acceptaverint et de quibus sibi provideri

fecerint, omnibus et singulis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint, canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, prestimonia, portiones et beneficia huiusmodi, quarumvis litterarum apostolicarum vel legatorum prefate sedis vigore quocumque tempore expectantibus etiam illustribus ac omnibus et singulis in prefatis litteris specialiter nominatis et quacumque ecclesiastica vel mundana dignitate fungentibus, personis venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium ac familiaribus nostris continuis commensalibus et nonnullis aliis in certis litteris nostris quoad certas prerogativas in assecutione beneficiorum vigore gratiarum expecativarum per nos eis concessarum facienda descriptis dumtaxat exceptis, et si ad instar eorundem familiarium antiquorum descriptorum in omnibus et per omnia pariformiter perinde, ac si veri et non ficti familiares forent, et sine ulla prorsus differentia a nobis et a sede predicta prerogativas quomodolibet obtinuerint, pariformiter omnino preferantur et preferri debeant, etiamsi expectantes huiusmodi in ecclesiis, in quibus canonicatus et prebende fuerint, apostolica auctoritate in canonicos sint creati vel recepti et littere ipse motu proprio concesse, quacumque[k] diligentia super presentatione seu executione litterarum earundem facta non obstante, nec prerogative, antelationes, nominationes, nominandique et alie facultates, declarationes et indulta, primarie preces quecumque, si que in favorem imperatoris, regum, ducum aliorumque principum aut prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentium seu predictarum vel aliarum personarum quarumcumque etiam motu simili aut consideratione eorundem principum vel prelatorum seu alias sub quacumque verborum forma et ex quacumque causa cum quibusvis etiam presentibus expresse derogantibus derogatoriis clausulis a nobis vel eadem sede hactenus emanarunt vel in posterum emanaverint, cuiquam adversus voluntatem, decretum, ordinationem et concessionem huiusmodi presentesque litteras quomodolibet suffragentur. Quodque per quascumque expectativas, nominandi seu conferendi de prius vacaturis facultates vel alias speciales reservationes et de sic reservatis conferendi mandata ac suppressiones, uniones, annexiones, incorporationes et reductiones ad ius commune, gratie, concessiones et indulta cum quibusvis prerogativis et favoribus, antelationibus, declaratioibus etiam motu simili et ex certa scientia ac ex quibuscumque causis sub quibusvis verborum formis et[l] aliis clausulis derogatoriis, etiam insolitis, quibusvis personis, cuiuscumque gradus, dignitatis, conditionis et ordinis existant[m], canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, monasteriis eorundem[n] mensis etiam capitularibus ac collegiis et studiorum generalium universitatibus aliisque beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus in perpetuum aut ad

aliquorum vitam seu alias ad tempus etiam per nos et eandem sedem concessa et in antea concedenda aut facta vel facienda nullum auditoribus ac locatenentibus predictis periudicium afferratur. Quin ipsi auditores et locatenentes sint potiores in assecutione beneficiorum vigore gratiarum per nos vel per sedem predictam eis concessarum et concedendarum ac illarum revalidationum, extensionum, ampliationum et mutationum collationum omnibus premissis et aliis quibuscumque, etiamsi eis et presentibus litteris nominatim expresse derogaretur. Quodque presentes littere absque eo, quod in Cancellaria apostolica aut quocumque alio loco publicentur, ab eorum data valeant plenamque roboris firmitatem obtineant, ipsisque auditoribus et locatenentibus in iudicio et extra iudicium ubilibet suffragentur in omnibus et per omnia absque contradictione, exceptione seu impedimento quibuscumque[o], ac si littere ipse locis et personis ac temporibus debitis publicate forent, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolice et regula cancellarie apostolice, per quam inter ipsos auditores et certos alios officiales sedis apostolice ac familiares nostros non descriptos et alias personas in ea expressas certum ordinem et formam super prerogativis ratione gratiarum expectativarum eis concessarum posuimus et concessimus, ac quacumque alia clausula edita et facta vel in posterum sub quacumque verborum forma edenda et facienda nec non quibuscumque litteris, prerogativis, antelationibus, facultatibus, privilegiis et indultis quibuscumque etiam familiaribus nostris alias quomodolibet descriptis et describendis seu ad instar predictorum exceptorum famliarium nostrorum antiquorum descriptorum obtinentibus aliisque personis per nos seu predecessores nostros aut sedem predictam concessis aut in posterum concedendis nec non unionibus, annexionibus, incorporationibus et suppressionibus per nos vel sedem ipsam factis seu faciendis, ut prefertur, aliisque premissis, quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa ac individua mentio habenda foret, motu et scientia similibus quoad premissa specialiter et expresse derogamus, quasque in ea parte, qua ipsis auditoribus et locatenentibus in canonicatuum et prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, portionum et simplicium aliorumque beneficiorum predictorum[p] assecutione preiudicent aut aliquo modo in futurum preiudicare possint, motu et scientia similibus cassamus, irritamus et annullamus ac viribus omnibus evacuamus nec non pro cassis, irritis et nullis haberi volumus et mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Et ita per quoscumque iudices, commissarios, executores et delegatos tam in Romana curia quam extra eam pro tempore deputatos iudicandum fore et iudicari debere, sublata eis et eorum cuilibet quavis alia circa premissa aliter iudicandi seu etiam interpretandi facultate, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus su-

per his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Et eorundem autem singulorum auditorum et locatenentium ipsorum nomina et cognomina, gradus, qualitates et dioceses etiam presentibus haberi volumus pro expresso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[q] nostre constitutionis, ordinationis, concessionis, decreti, declarationis, derogationis, cassationis, irritationis, annullationis, evacuationis, mandati et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire[r]. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[s]. Dat(um) Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice[t] millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto[u], quarto nonas iulii pontificatus nostri anno tertiodecimo[2].

---

[2] *1484 Juli 4.*

---

[a] *RV 647 folgt* nominatis et descriptis quasdam antelationum prerogativas
[b] undecimo *RV 647* XI
[c] et *fehlt RV 647*
[d] deferantur *RV 647* inferantur
[e] officiis *RV 647* officium
[f] circa *fehlt RV 647*
[g] aliquam *RV 647* aliqual.
[h] eorum *fehlt RV 647*
[i] quintodecimo *RV 647* XV
[j] undecimo *RV 647* XI
[k] *RV 647 folgt* etiam
[l] et *RV 647* vel
[m] *RV 647 folgt* ecclesiasticis
[n] eorundem *RV 647* eorumque
[o] quibuscumque *RV 647* cuiuscumque
[p] predictorum *RV 647* ecclesiasticorum
[q] omnino hominum liceat hanc paginam *RV 647* etc.
[r] vel ei ausu temerario contraire *RV 647* etc*.*
[s] autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum *RV 647* etc.
[t] dominice *fehlt RV 647*
[u] millesimo - quarto *RV 647* MCCCCLXXXIIII